# C. LVCILII,

## SVESSANI AVRVNCANI,

### SATYROGRAPHORVM PRINCIPIS, EQ. ROMANI,

*( qui magnus auunculus Magno Pompeio fuit )*

# SATYRARVM

quæ ſuperſunt

# RELIQVIÆ.

FRANCISCVS IANI F. DOVSA collegit, diſpoſuit, & NOTAS addidit.


DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
Æ. 1ª C. 1 N. 5.



LVGDVNI BATAVORVM,
Ex officina Plantiniana
Franciſci Raphelengij.
CIƆ. IƆ. IIIC.



Sala A
12
156
26 ... 4
12
BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

# C. LVCILII,

## SVESSANI AVRVNCANI,

SATYROGRAPHORVM PRINCIPIS, EQ. ROMANI,

*( qui magnus auunculus Magno Pompeio fuit )*

Del colegio M.r y Real Univ.d de G.da

# SATYRARVM

quæ ſuperſunt

## RELIQVIÆ.

FRANCISCVS IANI F. DOVSA collegit, diſpoſuit, & NOTAS addidit.

DE LA LIBRERIA DEL REAL COLEGIO MAYOR Reunido de Santa Cruz, y Santa Catalina. Æ. 1.º C. 14 N. 5.

LVGDVNI BATAVORVM,

EX OFFICINA PLANTINIANA

Franciſci Raphelengij.

CIↃ. IↃ. IIIC.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

L 11067437

Expurgado conforme al indice del año 1640

Fr. Juan de Llo de Contreras

# AD LECTOREM.

EN tibi, candide Lector, C. Lucilij eruditi & perurbani Poëtæ (ſi Ciceroni credimus) Reliquias, quas ſolas hercule ex tanto librorum numero Grammaticorum induſtria nobis reliquas fecit. Ad earum lectionem antequam accedis, pauca prius de editionis huius ratione cognoſcas. Ordinem vides diuerſum ab eorum inſtitutis, quotquot in re ſimili operam collocarunt, quē tamen de conſilio Parentis, ne quis noſtram in eo temeritatem accuſandam putet, ſecuti ſumus. Continuò ſub ipſa Lucilij Fragmenta Grammaticorum interpretationes, quarum occaſione ab iis producebantur, ſubiecimus; quo cuique intellectus eorum ad manum & quaſi in promtu foret. Nam ceteroqui Oedipo aliquo, aut Sibylla opus fuerit, ſi te rectè intelligere poſtules. Quis enim tam ſagaci corde atque ingenio vnico (vt Afranij verba ad ſenſum meum accomodem) qui ſe tam lacera atque conciſa ſegmenta abſque hac Grammaticorum face capere poſſe exiſtimet? quippe cùm illos etiam ipſos, quibus integra Poëtæ ſcripta inſpicere contigit, in ſenſu eorum rimando laboraſſe, atque ea ex opere toto tanquam minus obuia ſelegiſſe videamus. Certè non ſemel illud vſu veniſſe obſeruauimus, vt doctiſſimi viri nimia ingenij ſui fiducia Grammaticorum explanationes negligentes, loca integra nec vllius mendæ manifeſta contaminauerint, & contra Auctorum ſententiam vitiis inquinauerint. Et ſuccurrendum etiam fuit hac in parte ingraueſcenti hominum deſidiæ. Cæterùm aliorum præpoſtera iudicia multis flagellare non eſt ingenij noſtri aut loci huius, tantum ſi inſtituti noſtri rationem non iniquo lectori approbare poſſim, pulchrè mecum actum putabo. Ea, quæ ex incertis Satyrarum libris adferebantur, ordine velut inuerſo, & quaſi ὕστερον πρότερον primo loco poſuimus, probabili ſanè argumento eò adducti, quo luculentiſſima Virtutis definitio ſtatim in oculos legentium incurreret; ſimul vt ex eo cognoſcerent ij, quibus minus notus Poëta noſter, quanti eum veteres æſtimauerint, quem Lactantius diſertiſſimus Theologorum dignum habuerit, vt eius potiſſimùm de Virtute verſus ex tot præclariſſimorum ingeniorum ſcriptis penitus excuteret. quanquam & alia ſunt in his Reliquiis non minus illuſtria, quæ ingenij eius acrimoniam, & doctrinæ præſtantiam ſuſpiciendam nobis præbeant. Lectionum pugnantium varietates, aut doctorum virorum emendationes ad marginem ponere non neglexi, earumq; rationes, nominibus cuiuſque ſemper adſcriptis, ad Notas noſtras retuli. neque enim piguit per quos profecerim indicare: adeò vt curioſorum cenſuram nihil quicquam veritus ſim, qui cauillabuntur nos opum noſtrarum parſimoniam de aliena largitate ſarciſſe. Quanquam animus fuerat doctorum virorum animaduerſiones in vnum faſcem collectas ſeorſim à Notis noſtris edere; niſi Typographus malè lectori eo conſultum iri monuiſſet non ferenti tædium aut laborem recurrendi ſemper ad

diuerſas

*diuerſas annotationes. Centones aliquot Lucilianos ex diſiunctiſsimis eius fragmentis à Parente nouo quaſi ferrumine coagmentatos in calce poſuimus, quos ita olim cohæſiſſe etſi non vſque quaque verum, tamen veriſimile arbitramur. Illud præterea ſemel te admonitum cupio, vt vbicunque ad oram* f. *aut,* lego, *aut,* reſcribo, *aut ſimile quid adtextum videris, à Patre id eſſe ſcias. meas enim coniecturas hâc notâ diſcreui* Fr. D. *Quod ſupereſt, te ſaluere iubeo, quiſquis es benigne Lector: cum hac cautione tamen, vt ſicubi vera dixerim, iis album calculum adiicias; ſicubi errauerim, me lubente eripias mihi hunc errorem. Vale.*

---

# IOSEPHI SCALIGERI IVL. CÆS. F. IN RELIQVIAS C. LVCILII A FRANC. DOVSA COLLECTAS

## EPIGRAMMA.

QVOD docti laceros LVCILI colligit artus,
  Membra ſuis reddens ſingula quæque locis:
Quæ Ciceronis erat, iuuenis nunc ciuica DOVSAE;
  Quin maior DOVSAE, quàm Ciceronis erit.
Eripuit facibus Catilinæ Tullius vrbem:
  Reſtituit ciues hic tibi Roma tuos.

# AD FRANCISCVM DOVSAM Carmen PAVLLI G. F. P. N. MERVLÆ.

INTERNECINVS *alta mentis concitat*
*Mî templa mœror; ima luctus obſidet*
*Præcordiorum pertinax ſacraria;*
*Quom ſæuiiſſe toruiter turbas tuor,*
*Turbas, venuſtæ quæ rudes ſcientiæ,*
*In quidquid elegantiarum luminis*
*Dias in oras ſeculi quondam extulit*
*Induſtria caſci. Hinc tetra faciunt vulnera*
*Vt raptus extra me, mihi planè excidam: Inde*
*Iniurioſæ funerum pompæ ( nefas*
*Immane) vitam, abeſt parum, euitant meam.*
*Sed diſsipatus huc & illuc, colligor*
*Rurſum, mihique reddor. Æſculapios*
*Videns; quibus curæ, quibus cordi, manus*
*Adferre, quæ mederier poſsint malis,*
*Et fœditates amouere vulnerum,*
*Bonóſque mattiis eripere querqueris;*
*Quin & ſitis conclamitatiſque indere*
*Vitam, priore vix aliam.* [redacted]: *gratiam*
*Redantruabit gratus eam* LVCILIVS.

# PETRI BERTII
## Ad Eundem
## CARMEN
### Stylo Luciliano.

ÆTHALIDES poſt Euphorbus fuit, inde Pyrander,
Si de ſe Samio dicenti credimu': Thamnus,
Et piſcis fuit Empedocles: Tricor Ennius autem
Commeminit fieri ſe pauum, quom ante cluiſſet
Mæonides: Animum nam extrinſecus inſinuatum
Per pecua atque homines priuas in corpori' partes
Credebat mitti. At quoius FRANCISCE animai
Te hæredem dicat rediuiuo in corpore forte
Si LVCILIVS hîc ſe ſiſtat? ſcilicet idem
DOVSIADAE proprium agnoſcens in pectore pectus
Exclamet prorſum, ſimiles ſic nenu fuiſſe
Fæcundæ Ledas geminos, ita totus ad vnguem
Et genio geniumque refers, & corpore corpus
LVCILI. Tum ſi volgò proſtrata iacere
Hîc in ſtercore humi, fabuliſque fimo atque ſucerdis
Virtutiſque artiſque ſuæ monumenta videret,
Oraret tecum, vt vis morbi peſtilitaſque,
Illuuies, ſcabieſque mala, omnis deque petigo
DOVSIACA ſublata manu procul hinc repedaret
Barbariem in mediam. Macte ergo ô inclyte DOVSA
Vnica poſt Ianum ſpes patris, quoi ſua clauſtra
Committunt faciles vltrò panduntque Camœnæ,
Macte inquam virtute, ſimulque his verſibus eſto.



## Ad Eundem
# PHILIBERTI BORSALI
## MATTIACI.

QVALITER in vitam quondam Latonia virgo
Hippolitum à mortis limine reſtituit;
Qualiter Alcides memoratur, & Iſmarus Orpheus
Traxiſſe è Stygiis vallibus ad ſuperos,
Functorum ille animas, cuſtode in vincla coacto,
Hic caram infelix cantibus Eurydicem:
Sic tu diſcerptum iam mille in fruſta Poëtam,
Cuius ſcripta vnum non niſi vulnus erant,
Ire iter ad vitam, ſuperáſque euadere ad auras
Cogis, & hac noſtra ponere valle pedem.
Magnæ molis opus tantum eſt audere, [redacted].
Æmula iamq́ audit caſtæ tua cura Dianæ,
Nec minor illa auſis ſcilicet Herculeis,
Succeſſuq́ Orphei longè felicior: illaq́
Vt res ficta fuit, ſic tua facta cluit.

# P. SCRIVERI
## AD
## Nobiliſſ. eruditiſſimumq́
# FRANCISCVM DOVZAM,
## C. LVCILI EQ. R.
Maiorum operum Reliquias à ſe conlectas
& diſpoſitas edentem.

QVI ſale perfricuit Varronum incondita roſtra:
Qui ſamios Rupicum ſtrinxit in ora ſtilos;
Qui ſecuit totam dictis mordacibus Vrbem;
Squarroſaeq́ dedit ſtigmata multa cuti;
Qui princeps Saturas in luminis eruit oras,
Quiq́ Stili Naſum condidit, ille FVIT?
Ille FVIT? columen caſci LVCILIVS aeui,
Lumen & Auruncae, (prô dolor!) ille FVIT?

Illa FVIT primi Muſa edecimata Poëtae,
Denique ſic nobis Suèſſa Camœna FVIT?
Tamtùm non ſuperant ſanie oblita Fragmina? tamtùm
Relicta eſt magnae parua metaxa togae:
O Harpyarum ſcaeua & ſaeua agmina! noxa eſt
Mordicibus tamtum corripuiſſe Virum.
Quaenam haec Inuidia eſt? quaenam haec Iniuria? noſtrae
MVSAE tam docti, tam ſapientis egent;
Quae ſua nunc querulo diducunt pectora planctu,
Adde, quòd & lacrumis ſe Satura ipſa rigat:
Et lacrumis merita admiſcens conuitia clamat
Vaſtandi, ah, nimiùm fibula laxa fuit.
Theſauro Orcino Senium pulcra omnia tradit,
Longaq́; ſubpernat Dîa Reperta Dies.
Saltim hic è Priſcis potuiſſet viuere, nobis
Nec nouus Hippolytus debilis ora foret:
Muſica ſolenni reſonaret Regia plauſu;
Diuidiae poſſent Res ſibi habere ſuas.
Sed benè. DOVZIACVS Labor inprobus omnia vicit,
Huîc graue ſaxoſam non fuit ire viam.
Conlégit Tabulas, iunxitq́; interpole dextrâ,
Vindiceq́; adſeruit naufraga fruſta manu.
Laus TIBI. TV maculas derêrſti, ac vlcera têxſti,
Pené tuâ totus, DOVZA, reuixit ope.
Parte aliquâ hunc nuper (ſi DIS placet) alite dextro
Corrigere eſt viſus ingenioſus homo;
Cuius quiſquilias & ſomnia vana refellis;
Et Criticos fruſtrà ſaepiùs eſſe doces.
Hâ! quotiens FERRVM inuiti patiuntur & IGNEM
Libri, quos Critici verſat iniqua manus:
Hâ! quotiens ſanis adpingit vulnera membris,
Auctoremq́; ſui diſsimilem eſſe facit:
Quàm crebrò arguta eſt vbi non opus! ILICET. actum eſt,
Quo poſsis peluim poſcere tempus adeſt.
Tu colis hoc ſtudium, atq́; has religioſiùs Arteis,
Depromiſq́; animo de meliore NOTAS:
Macte animo! & Genÿ Ingeniiq́; hoc diuite fructu!
Illo atque hoc Famae perpetis eſſe potes.
His magis inluſtras inluſtria ſtemmata, claro
Adficis & Patrios lucis honore Deos.



Quòd viget atq́; veget grato LVCILIVS ore,
Debemus ſtudiis, ô cate DOVZA, tuis.
Munus erit, quem tu redûxſti à limine Mortis,
Vt Vitam accepit, ſic dabit ipſe tibi.
Quod ſatis eſt. alius fuluum ſibi congerat aurum,
Adnixè Attalicas adpetat alter opes;
Si me Poſteritas, & Poſtuma nouerit Aetas,
Credam diuitiis me ſuperare Midam.

## EIVSDEM ELEGIDION.

QVOD te Barbaries, brutiq́; Incuria ſecli,
LVCILI, Infernas paſſa ſit ire vias;
Ingemuêre tui lugubri carmine Manes,
Leniter hanc noxam non potuere pati.
Et certè eſt lacrumis res digna & triſtibus odis,
Triginta è Saturis vix ſupereſſe duas,
Illaſq́; annorum adroſas rubigine, ſic vt
Sit variè mutilum, quod ſolidum antè fuit.
O bene! felicis riſerunt omina pennae,
Et crepuit fauſto laurus in igne ſono.
Gaude, LVCILI, ſi quidquam in funere ſentis,
Gaude, inquam, vitae ſpes mihi facta tuae.
Te tibi reſtituit Cura AſclepI aemula DOVZAE,
Ille tibi vitae munia priſca dedit.
Aeſona non aliter ſolers Medea recoxit,
Quum Iuvenem arte ſuâ reddidit ante-ſenem.
A te quae fiet condigna huîc gratia? nempe vt
Viuere te dicas munere DOVZIADES.

## EIVSDEM EPIGRAMMA.

MVSARVM è pullis nemo fuit hactenus auſus
Edere Romani Reliquias Equitis;
Quid! quòd & hos inter vix extitit vnus & alter
Qui tamtum Heroëm tangere dignus erat.
Quem malè divulſum conlegit, & auſpice Phœbo
Nexuit, atque edit DOVZA Batauus Eques.
Nil potuit meliùs. (Liuor placidâ audiat aure)
Hic Eques illum Equitem tollere dignus erat.

LEGENDO ET SCRIBENDO.

# IOANNIS MEVRSI Anthony Dam

IN

# LVCILI FRAGMENTA

A

## FRANCISCO DOVSA IANI F. IANI FR.

Collecta.

LVCILI *Satyras & ſalſa poëmata nobis,*
*Prò pudor! abſtulerat temporis inuidia.*
*Valdè indignari facinus Libethrides atrox,*
*Edere lugubres inque Helicone ſonos.*
*Et* SATYRA *infelix ſciſſo palabat amictu*
*Huc illuc, eheu! orba patrocinio.*
*Ingeminans triſti lamento,* SVPPETIATVM.
*Nequidquam. neque quis ſuppetias tetulit.*
*Non tulit hanc ſpeciem docti mens enthea* DOVSÆ,
*Atque vnde vnde potis relliquias legere,*
*Colligit: & laceros componit ſedulus artus,*
*Perſanans fidâ vulnera multa manu.*
*Quænam digna tibi darier pro munere tanto*
*Hoſtimenta petis, ô decus Aonidum?*
*Inſanùm debent tibi diæ Heliconis alumnæ,*
*Inſanùm* SATYRAQVE, *&* SATYRÆ *ipſe* PATER.
*Macte animo* FRANCISCE *iſto! procudito porrò*
*Nomen, & infamis curre per ora virûm.*
[redacted]

# DE C. LVCILIO

## VETERVM SCRIPTORVM

Teſtimonia & auctoritates.

*Ciceronis ex lib. I. de Oratore ex perſonâ*
*L. Craſſi ad M. Scæuolam.*

SED, vt ſolebat C. LVCILIVS ſæpe dicere, homo tibi ſubiratus, mihi propter eam ipſam cauſſam minùs quàm volebat familiaris, ſed tamen & doctus & perurbanus, ſic ſentio, neminem eſſe in Oratorum numero habendum, qui non ſit omnibus iis artibus, quæ ſunt libero homine dignæ, expolitus.

*Eiuſdem ex lib. II. de Orat.*

C. LVCILIVS homo doctus & perurbanus.

*Eiuſdem ex lib. IX. Epiſt. XV. Familiar.*
*ad Papirium Pætum.*

Itaque te cùm video, omnes mihi Granios, omnes LVCILIOS, verè vt dicam, Craſſos quoque & Lælios videre videor. moriar, ſi præter te, quenquam reliquum habeo, in quo poſſim imaginem antiquæ & vernaculæ feſtiuitatis agnoſcere.

*Eiuſdem ex lib. II. Academicar. Quæſt.*

Accipe, quemadmodum ea dicantur à Clitomacho in eo libro, quem ad C. LVCILIVM ſcripſit Poëtam, cùm ſcripſiſſet iiſdem de rebus ad L. Cenſorinum, eum qui conſul cum M. Manilio fuit.

*C. Trebonij ex epiſtola ad Cicer.*
*Familiar. lib. XII.*

In quibus verſiculis ſi tibi quibuſdã verbis ἀθυρρημονέστερος videbor; turpitudo perſonæ eius, in quam liberius inuehimur, nos vindicabit. ignoſces etiam iracundiæ noſtræ, quæ iuſta eſt in eiuſmodi & homines & ciues. deinde, quî magis hoc LVCILIO licuerit aſſumere libertatis, quàm nobis? cùm, etiamſi odio par fuerit in eos, quos læſit, tamen certè non magis dignos habuerit, in quos tantâ libertate verborũ incurreret.

*Auctoris Rhetoricæ ad Herrennium ex lib. II.*

C. Cælius Iudex abſoluit iniuriarum eum, qui LVCILIVM Poëtam in Scænâ nominatim læſerat: P. Mutius eum qui L. Accium Poëtam nominauerat condemnauit.

† Velleï

*Vellei Paterculi ex lib. II. Hiſtor.*

Celebre & LVCILII nomen fuit, qui ſub P. Africano, Numantino bello, eques militauerat. quo quidem tempore iuuenis adhuc Iugurtha ac Marius ſub eodem Africano militantes, in iiſdem caſtris didicêre, quæ poſtea in contrariis facerent.

*Horatij ex lib. I. Sermon. Satyra IV.*

Eupolis, atque Cratinus, Ariſtophaneſque Poëtæ,
Atque alij, quorum Comœdia priſca virorum eſt:
Si quis erat dignus deſcribi, quòd malus, aut fur;
Quòd mœchus foret, aut ſicarius, aut alioqui
Famoſus: multâ cum libertate notabant.
Hinc omnis pendet LVCILIVS, hoſce ſecutus,
Mutatis tantùm pedibus numeriſque facetus.
Nam fuit hoc vitioſus: in horâ ſæpe ducentos,
Vt magnum, verſus dictabat ſtans pede in vno:
Cùm flueret lutulentus, erat, quòd tollere velles:
Garrulus, atque piger ſcribendi ferre laborem:
Scribendi rectè. nam vt multùm, nil moror. ecce
Criſpinus minimo me prouoca &c.

*Et paulo poſt.*

——ergo
Non ſatis eſt puris verſum perſcribere verbis,
Quem ſi diſſoluas, quiuis ſtomachetur eodem,
Quo perſonatus pacto pater. his, ego quæ nunc,
Olim quæ ſcripſit LVCILIVS, eripias ſi
Tempora certa, modoſque, &, quod prius ordine verbum eſt,
Poſterius facias, præponens vltima primis:
Non vt ſi ſoluas, Poſtquam diſcordia tetra
Belli ferratos poſtes, portaſque refregit.

*Eiuſdem ex Satyr. X.*

Nempe incompoſito dixi pede currere verſus
LVCILI. quis tam LVCILI fautor ineptè eſt,
Vt non hoc fateatur? at idem, quòd ſale multo
Vrbem defricuit, chartâ laudatur eâdem.
Nec tamen hoc tribuens dederim quoque cætera.——

*Ac deinde.*

At magnum fecit, quòd verbis Græca Latinis
Miſcuit. ô ſeri ſtudiorum! quine putatis

Difficile,

Difficile, & mirum, Rhodio quod Pitholeonti
Contigit? at ſermo linguâ concinnus vtraque
Suauior: vt Chio nota ſi commiſta Falerni eſt.

*Nec multo poſt.*

Hoc erat, experto fruſtra Varrone Atacino,
Atque quibuſdam aliis, melius quod ſcribere poſſem,
Inuentore minor: neque ego illi detrahere auſim
Hærentem capiti cum multâ laude coronam.
At dixi fluere hunc lutulentum: ſæpe ferentem
Plura quidem tollenda relinquendis. age, quæſo,
Tu nihil in magno doctus reprehendis Homero?
Nil comis Tragici mutat LVCILIVS Acci?
Non ridet verſus Enni grauitate minores,
Cùm de ſe loquitur, non vt maiore reprenſis?
Quid vetat & noſmet LVCILI ſcripta legentes
Quærere, num illius, num rerum dura negarit
Verſiculos natura magis factos & euntes
Molliùs? at ſi quis pedibus quid claudere ſenis
Hoc tantùm contentus, amet ſcripſiſſe ducentos
Ante cibum verſus, totidem cænatus: Etruſci
Quale fuit Caſsî rapido feruentius amni
Ingenium: capſis quem fama eſt eſſe, libriſque
Ambuſtum propriis: fuerit LVCILIVS, inquam,
Comis & vrbanus: fuerit limatior idem,
Quàm rudis, & Græcis intacti carminis auctor,
Quamque Poëtarum ſeniorum turba: ſed ille
Si foret hoc noſtrum fato delatus in æuum,
Detereret ſibi multa: recideret omne, quod vltra
Perfectum traheretur: & in verſu faciendo
Sæpe caput ſcaberet, viuos & roderet vngues.

*Eiuſdem ex lib. II. Sat. I.*

Attamen & * iuſtum poteras, & ſcribere fortem,
Scipiadam vt ſapiens LVCILIVS. ——

* *Cæſarem Auguſtum intelligit.*

*Et mox.*

—— me pedibus delectat claudere verba
LVCILI ritu, noſtrûm melioris vtroque.
Ille velut fidis arcana ſodalibus olim
Credebat libris: neque ſi male ceſſerat, vnquam
Decurrens aliò, neque ſi bene. quò fit, vt omnis,



Votiuâ

Votiuâ pateat veluti deſcripta tabellâ
Vita ſenis. ———

*Et paulo pòſt.*

——— quid, cùm eſt LVCILIVS auſus
Primus in hunc operis componere carmina morem,
Detrahere & pellem, nitidus quâ quiſque per ora
Cederet, introrſum turpis? Num Lælius, aut qui
Duxit ab oppreſſâ meritum Carthagine nomen,
Ingenio offenſi? aut læſo doluere Metello?
Famoſiſque Lupo cooperto verſibus, atqui
Primores populi arripuit, populúmque tributim,
Scilicet vni æquus virtuti atque eius amicis.
Quin vbi ſe à vulgo & ſcænâ in ſecreta remorant
Virtus Scipiadæ, & mitis ſapientia Læli,
Nugari cum illo & diſcincti ludere, donec
Decoqueretur olus, ſoliti: quidquid ſum ego, quamuis
Infra LVCILI cenſum ingeniúmque, tamen me
Cum magnis vixiſſe inuita fatebitur vſque
Inuidia. ———

*Perſij ex Satyra* I.

——— ſecuit LVCILIVS Vrbem,
Te Lupe, te Muti, & genuinum fregit * Iulis.

*Ita leg. vide I. Douſ. Comment. ad Horat.

*Quintiliani ex lib.* X. *cap.* I. *Inſt. Orator.*

Satyra quidem tota noſtra eſt, in quâ primus inſignem laudem adeptus eſt LVCILIVS. Qui quoſdã ita deditos ſibi adhuc habet amatores, vt eum non eiuſdem modo operis auctoribus, ſed omnibus Poëtis præferre non dubitent. Ego quantum ab illis, tantum ab Horatio diſſentio, qui LVCILIVM fluere lutulentum, & eſſe aliquid quod tollere poſſis putat: nam & eruditio in eo mira, & libertas, atque inde acerbitas, & abundè ſalis.

*Eiuſdem ex lib.* I. *cap.* VIII. *Inſt. Orat.*

Deniq. credamus ſummis oratoribus, qui veterum Poëmata vel ad fidem cauſarum, vel ad ornamentum eloquentiæ aſſumunt. Nam præcipuè quidem apud Ciceronem, frequenter tamen apud Aſinium etiam, & cæteros, qui ſunt proximi, vidimus Ennij, Accij, Pacuuij, LVCILII, Terentij, Cæcilij, & aliorum inſeri verſus, ſummâ non eruditionis modo gratiâ, ſed etiam venuſtatis.

*Eiuſdem*

*Eiuſdem ex lib.* I. *cap.* VI.

Pace dicere hominis eruditiſſimi liceat.

*Eiuſdem ex Dialogo de Oratoribus.*

Neminem nominabo, genus hominum ſignaſſe contentus, ſed vobis vtique verſantur ante oculos, qui LVCILIVM pro Horatio, & Lucretium pro Virgilio legunt.

*Iuuenalis ex lib.* I. *Sat.* I.

Cur tamen hoc potius libeat decurrere campo,
Per quem magnus equos Auruncæ flexit alumnus:
Si vacat, & placidi rationem admittitis, edam.

*Et mox.*

Enſe velut ſtricto, quoties LVCILIVS ardens
Infremuit, rubet auditor, cui frigida mens eſt
Criminibus, tacitâ ſudant præcordia culpâ.
Inde iræ & lacrimæ. ———

*Aſconij Pediani ex Commentar. in Orat. Cic. contra L. Piſonem.*

Tradunt & Antiochi Regis filio obſidi domũ publicè ædificatam, inter quos Atticus in Annalibus, quæ poſtea dicitur LVCILII Poëtæ fuiſſe.

*Plinij ex lib.* I. *Nat. Hiſt.*

LVCILIVS, qui primus condidit ſtyli naſum.

*Martialis ex Epigramm. lib.* 12.

Audemus Satyras, LVCILIVS eſſe laboras.

*Suetonij ex lib. de Illuſt. Gramm.*

Hactenus tamen imitati, vt carmina parum adhuc diuulgata, vel defunctorum amicorum, vel ſi quorum aliorum probaſſent, diligentiùs retractarent. ac legendo commentandoque, etiam cæteris nota facerent. *Et ſtatim pòſt.* Vt Lælius, Archelaus, Vectius, Quintus Philocomus LVCILII Satyras familiaris ſui: quas legiſſe apud Archelaum, Pompeius Lenæus: apud Philocomum, Valerius Cato prædicantur.

*Eiuſdem ex eodem lib.*

Curtij Niciæ de LVCILIO libros etiam Satyra [*al.* Santra] comprobat

*A. Gellij ex Noct. Atticar. lib.* XVII. *cap.* XXI.

Neque magno interuallo poſtea Q. Ennius, & iuxta Cæcilius, &



Terentius,

Terentius, ac ſubinde Pacuuius, & Pacuuio iam ſene Accius, clarior-que tunc in Poëmatis eorum obtrectandis LVCILIVS fuit.

*Eiuſdem ex lib.* VII. *cap.* XIV.

Et in carmine & in ſolutâ oratione, genera dicendi probabilia ſunt tria, quæ Græci χαρακτῆρας vocant, nominaque iis fecerunt ἁδρὸν, ἰσχνὸν, μέσον. Nosq́ue quem primum poſuimus Vberem vocamus; ſecundum Gracilem; tertium Mediocrem. Vberi dignitas atque amplitudo eſt; Gracili venuſtas & ſubtilitas; Medius in confinio eſt vtriuſque modi particeps. His ſingulis orationis virtutibus vitia agnata ſunt pari numero, quæ earum modum & habitum ſimulacris falſis ementiuntur. Sic plerunque Sufflati atque Tumidi fallunt pro Vberibus: Squalentes & Ieiuni dicti pro Gracilibus: Incerti & Ambigui pro Mediocribus. Vera autem & propria huiuſcemodi formarum exempla in Latinâ linguâ M. Varro eſſe dicit, Vbertatis Pacuuium: Gracilitatis LVCILIVM: Mediocritatis Terentium.

*Eiuſdem ex lib.* XVIII. *cap.* V.

LVCILIVS vir apprime Linguæ Latinæ ſciens.

*Lactantij ex Diuinar. Inſt.*
*lib.* I. *cap.* IX.

Quid tu, inquiet aliquis, Poëtiſne credendum putas? Quid ni putem? Non enim iſta LVCILIVS narrat, aut Lucianus, qui Diis & hominibus non pepercit.

*Auſonij ex epiſt.* V. *ad Theonem.*

Lucani villâ mox potieris aco.
Reſciſſo diſce componere nomine verſum:
LVCILI Vatis ſic imitator eris.

*Ælij Donati De Tragœdia & Comœdia.*

Hæc, quæ Satyra dicitur, eiuſmodi fuit, vt in ea, quamuis duro & veluti agreſti modo, de vitiis ciuium tamen ſine yllo proprij nominis titulo carmen eſſet. Quod primò LVCILIVS nouo conſcripſit modo, vt Poëſin inde faceret, id eſt, vnius carminis plures libros.

*Macrobij ex Saturnal. lib.* III. *cap.* XVI.

LVCILIVS acer & violentus Poëta.

*Hieronymi in Chron. Euſebij.*

Olympiade CLVIII C. LVCILIVS Satyrarum ſcriptor naſcitur, & Olymp. CLXIX Neapoli moritur, ac publico funere effertur, anno ætatis ſuæ quadrageſimo ſexto.

*Eiuſdem*

*Eiuſdem de vitando ſuſpecto contubernio.*

Et ille, Nimium, ait, formidoloſus es. vbi illa quondam conſtantia, in qua multo ſale orbem defricans LVCILIANVM quippiam retuliſti?

*Eiuſdem ad Pammachium & Oceanum.*

Mordetur & LVCILIVS, quòd incompoſito currat pede, & tamen ſales eius leposq́ue laudantur.

*C. Sidonij Apollin. ad Magnum Felicem.*

Non LVCILIVS hîc, Lucretiusq́ue eſt.

*Diomedis ex lib.* III. *Gramm.*

Satyra eſt carmen apud Romanos nunc quidem maledicum, & ad carpenda hominum vitia Archææ Comœdiæ charactere compoſitum, quales ſcripſerunt LVCILIVS, & Horatius, & Perſius.

*Eiuſdem.*

Iambicum appellatum eſt παρὰ τὸ ἰαμβίζειν, quod eſt maledicere, cuius carminis præcipui ſcriptores apud Græcos Archilochus & Hipponax; apud Romanos LVCILIVS, Catullus, Horatius, & Bibaculus.

*Commentatoris veteris Horatij ad illum locum lib.* I. *Sat.* III.
*——Veluti Balbinum polypus Agnæ.*

LVCILIANA vrbanitate vſus in tranſitu amaritudinem aſperſit.

*Eiuſdem lib.* I. *Sat.* I.

Satyra Horatij inter LVCILII Satyram & Iuuenalis media eſt: nam & aſperitatem habet, qualem LVCILIVS; & ſuauitatem qualem Iuuenalis. At ſciendum tamen eſt quòd Satyrarum carmen primò omnium auctore LVCILIO ſit repertum, etiam ipſomet Horatio teſte.

*Eiuſdem lib.* II. *Sat.* I *ad illud:*
*——noſtrûm melioris vtroque.*

Hoc eſt, qui melior fuit & te & me, ô Trebati, cenſu & natalibus: fuit enim vir bonus & valde nobilis, vtpote Magni Pompei auus.

*Eiuſdem.*

Scipio Africanus & Lælius feruntur tam fuiſſe familiares & amici LVCILIO, vt quodam tempore Lælio circum lectos triclinij fugienti LVCILIVS ſuperueniens, eum obtortâ mappâ quaſi feriturus ſequeretur.

AVCTO-

UNIVERSITAS ... GRANADA

# AVCTORES,
## ex quibus
# LVCILII RELIQVIAS
## COLLEGIMVS.

*Ælivs Donatus in Terentium.*
*Ammianus Marcellinus.*
*Apuleius.*
*Arnobius.*
*Aſconius Pædianus.*
*Auctor Rhetoricæ ad Herennium.*
*Aulus Gellius.*
*Auſonius.*
*Cæcilius Vindex.*
*Calpurnius Piſo.*
*Caper.*
*Cenſorinus*
*Cicero.*
*Commentator vetus in Horatium.*
*Commentarius in Iuuenalem.*
*Conſultus Chirius Fortunatianus.*
*Cornutus.*
*Diomedes.*
*Feſtus.*
*Fulgentius de priſco ſermone.*
*Gloſſaria Henr. Stephani.*
*Gloſſarium Fornerij.*
*Gloſſæ veteres in Perſium.*
*Helenius Acron in Horatium.*
*Hieronymus.*
*Iſidorus.*
*Iulius Capitolinus.*
*Iulius Rufinianus.*
*Iunius Philargyrius.*
*Iuuenalis.*
*Lactantius.*
*Macrobius.*
*Marius Victorinus.*
*Martialis.*
*Martianus Capella.*
*Maximus Victorinus.*
*Nonius Marcellus.*
*Paulus Feſti abbreuiator.*
*Plinius.*
*Porphyrion in Horatium.*
*Priſcianus.*
*Probus in Virgilium.*
*Quintilianus.*
*Seruius in Virgilium.*
*Sinnius Capito.*
*Soſipater Chariſius.*
*Terentius Scaurus.*
*Varro.*
*Velius Longus.*

C. Lvci-

# C. LVCILII
## RELIQVIÆ,
### quæ ſuperſunt ex incerto
### Satyrarvm libro.

I. *Virtvs (Albine) eſt, pretium perſoluere verum,* VIRTVTIS definitio.
*Queîs in verſamur, queîs viuimu' rebus, poteſſe:*
*Virtus eſt homini, ſcire id, quod quæque habeat res.*
*Virtus, ſcire homini rectum, vtile, quid ſit honeſtum;*
*Quæ bona, quæ mala item, quid inutile, turpe, inhoneſtum:*
*Virtus, quærendæ reî finem ſcire modumq́;:*
*Virtus, diuitiis pretium perſoluere poſſe:*
*Virtus, id dare, quod re ipſâ debetur honori;*
*Hoſtem eſſe atque inimicum hominum morumq́; malorum,*
*Contrà defenſorem hominum morúmque bonorum,*
*Magnificare hos, his bene velle, his viuere amicum:*
*Commoda præteređ patriæ ſibi prima putare,*
*Deînde parentum, tertia iam poſtremáque noſtra.*

*Lactantius Diuinarum Inſtit. lib.* VI. *cap.* V. Quæcunque in definitionem virtutis ſolent dicere, paucis verſibus colligit & enarrat Lucilius, quos malo equidem ponere, ne dum multorum ſententias refello, ſim longior, quam neceſſe eſt: Virtus, Albine, eſt, pretium &c. Ab iis definitionibus, quas poëta breuiter cõprehendit, M. Tullius traxit Officia viuendi, Panætium Stoicum ſecutus: eaque tribus voluminibus incluſit. Hæc autem quam falſa ſint, mox videbimus, vt appareat, quantum in nos dignatio diuina contulerit, quæ nobis aperuit veritatem. Virtutem eſſe dixit, ſcire, quid ſit bonum, & malum, quid turpe, quid honeſtum, quid vtile, quid minus: breuius facere potuit, ſi tantum bonum ac malum diceret, quia nihil poteſt eſſe vtile vel honeſtum, quod non idem bonum ſit: nihil inutile ac turpe, quod non idem malum. Quod & Philoſophis videtur, & idem Cicero in tertio ſupradicti operis libro oſtendit. Verum ſcientia non poteſt eſſe virtus, quia non eſt intus in nobis, ſed ad nos extrinſecus venit. Quod autem tranſire ab altero ad alterum poteſt, virtus non eſt; quia virtus ſua cuique eſt. Scientia igitur alieni beneficij eſt, quia poſita eſt in audiendo. Virtus tota noſtra eſt, quia poſita eſt in voluntate faciendi bona. Sicut ergo in itinere celerãdo, nihil prodeſt, viam noſſe, niſi conatus ac vires ſuppetant ambulandi: ita verò ſcientia nihil prodeſt, ſi virtus propria deficiat. Nam ferè etiam ij qui peccant, etſi non perfectè, tamen quid ſit bonum & malum ſentiunt: &, quoties aliquid improbè faciunt, peccare ſe ſciunt, & ideò celare nituntur. Sed cum eos boni & mali natura non fallat, cupiditate mala vincuntur, vt peccent: quia deeſt illis virtus, id eſt, cupiditas recta & honeſta faciendi. Ex hoc igitur apparet, aliud eſſe ſcientiam boni malíque, aliud virtutem: quia poteſt eſſe ſcientia ſine virtute, ſicut in plurimis philoſophorum fuit. In quo quoniam rectè ad culpam pertinet, non feciſſe, quæ ſcieris, rectè; voluntas praua & vitioſus animus, quem excuſare ignoratio non poteſt, punietur. Ergo ſicut virtus non eſt, bonum ac ma-



lum

lum ſcire:ita virtus eſt bonum facere, malum non facere. Et tamen ſcientia ſic cum virtute coniuncta eſt, vt ſcientia præcedat virtutem, virtus ſequatur ſcientiam:quia nihil prodeſt cognitio, niſi & actio ſubſequatur.

*Idem cap. ſequente*: Pertinent enim [ bona ipſorum ] non ad vitam homini comparandam, ſed ad quærendas vel augendas opes, honores, gloriam, potentiam, quæ ſunt vniuerſa mortalia, tam ſcilicet, quàm ille, qui, vt ea ſibi contingerent laborauit. Hinc eſt illud:

Virtus quærendæ finem reî ſcire modumq́ue. Præcipiunt enim quibus modis, & quibus artibus res familiaris quærenda ſit, quia vident malè quæri ſolere. Sed huiuſcemodi virtus non eſt propoſita ſapienti. Nec enim virtus eſt opes quærere, quarum neque inuentio, neque poſſeſſio in noſtra poteſtate eſt. Itaque & quæſtu & obtentu faciliores ſunt malis, quàm bonis. Non poteſt ergo virtus eſſe in iis rebus quærendis, in quarum contemptu vis ac ratio virtutis apparet, nec ad ea ipſa transfugiet, quæ magno ac excelſo animo calcare, ac protерere geſtit: neque fas eſt, animam cæleſtibus intentam bonis, vt hæc fragilia ſibi comparet, ab immortalibus ſuis operibus auocari. Sed potiſſimum in iis rebus comparandis, virtutis ratio conſiſtit, quas nobis nec homo vllus, nec mors ipſa poſſit auferre. Cùm hæc ita ſe habeant, illud, quod ſequitur, verum eſt: Virtus, diuitiis pretium perſoluere poſſe. Qui verſus idem ferè ſignificat, quod primi duo: ſed neque ipſe, neque quiſquam Philoſophorum ſcire potuit, pretium ipſum vel quale, vel quod ſit. Id enim Poëta, & illi omnes, quos ſecutus eſt, putauerunt, rectè opibus vti, hoc eſt, frugi eſſe, non inſtruere conuiuia ſumptuosè, nec largiri temerè, non effundere in res ſuperuacuas aut turpes rem familiarem. Dicet aliquis fortaſſe, Quid tu? Negáſne hanc eſſe virtutem? Non equidem nego: contraria enim videar probare, ſi negem. Sed veram nego, quia non ſit illa cæleſtis, ſed tota terrena, quandoquidem nihil efficit, niſi quod remaneat in terra. Quid ſit autem, rectè opibus vti, & quis ſit ex diuitiis fructus petendus, declarabo apertius, cùm de pietatis officio loqui cæpero. Iam cætera, quæ ſequuntur, nullo modo vera ſunt. Nam improbis inimicitias indicere, aut bonorum defenſionem ſuſcipere, poteſt cum malis eſſe commune. Quidam enim probitate fictâ, viam ſibi ad potentiam muniunt, faciuntq́ue multa, quæ boni ſolent, eò quidem promptius, quod fallendi gratiâ faciunt. Vtinamq́ue tam facile eſſet præſtare, quàm facile eſt ſimulare bonitatem. Sed ij cùm eſſe cæperint propoſiti ac voti ſui compotes, & ſummum potentiæ gradum ceperint, tum verò ſimulatione depoſitâ, mores ſuos detegunt, rapiunt omnia & violant & vexant: eosq́ue ipſos bonos, quorum cauſſam ſuſceperant, inſequuntur, & gradus, per quos aſcenderunt, amputant, ne quis illos contra ipſos poſſit imitari. Veruntamen putemus hoc officium non niſi boni eſſe, vt bonos defendat. At id ſuſcipere facile eſt: implere difficile: quia cùm te certamini congreſſioníque commiſeris, in arbitrio Dei, non tuo poſita victoria eſt. Et plerunque improbi & numero & conſpiratione ſunt potentiores, quàm boni, vt ad eos ſuperandos, non tam virtus ſit, quàm fœlicitas neceſſaria. An aliquis ignorat, quòd aliquoties melior, iuſtiorq́ue pars victa ſit? Hinc ſemper dominationes acerbæ in ciues exſtiterunt. Plena eſt exemplis omnis hiſtoria, ſed nos contenti erimus vno. Cn. Pompeius bonorũ voluit eſſe defenſor, ſiquidẽ prò Repub. prò Senatu, prò libertate arma ſuſcepit, is tamen victus cum ipsâ libertate occidit, & à ſpadonibus Ægyptiis detruncatus, inſepultus abiectus eſt. Non eſt igitur virtus, aut hoſtem malorum eſſe, aut defenſorem bonorum: quia virtus incertis caſibus non poteſt eſſe ſubiecta. Commoda præterea patriæ ſibi prima putare; Sublatâ hominum concordiâ, virtus nulla eſt omninò. Quæ ſunt enim patriæ commoda, niſi alterius ciui-

tatis, aut



tatis, aut gentis incommoda? id eſt, fines propagare aliis violenter eiectis, augere imperium, vectigalia facere maiora. Quæ omnia non vtique virtutes, ſed virtutum ſunt euerſiones. In primis enim tollitur humanæ ſocietatis coniunctio, tollitur innocentia, tollitur alieni abſtinentia, tollitur denique ipſa iuſtitia, quæ diſcidium generis humani ferre non poteſt & vbicunque arma fulſerint, hinc eam fugari & exterminari neceſſe eſt. Verum eſt enim Ciceronis illud: Qui autem ciuium rationem dicunt habendam, externorum negant, dirimunt hi communem generis humani ſocietatem: quâ ſublatâ, beneficentia, liberalitas, bonitas, iuſtitia funditus tollitur. Nam quomodò poteſt iuſtus eſſe, qui nocet, qui odit, qui ſpoliat, qui occidit? Quæ omnia faciunt, qui patriæ prodeſſe nituntur. Id enim ipſum prodeſſe, quid ſit, ignorant: nihil putant vtile, nihil commodum, niſi quod teneri manu poteſt: quod ſolum teneri non poteſt, quia eripi poteſt. Hæc itaque (vt ipſi appellant) bona quiſquis patriæ acquiſierit, hoc eſt, qui euerſis ciuitatibus, gentibusq́ue deletis, ærarium pecuniâ referſerit, agros ceperit, ciues ſuos locupletiores fecerit, hic laudibus fertur in cælum, in hoc putatur ſumma & perfecta eſſe virtus. Qui error non modo populi, & imperitorum, ſed etiam philoſophorum eſt, qui præcepta quoque dant ad iuſtitiam, ne ſtultitiæ ac malitiæ diſciplina & auctoritas deſit.

2. *Nunc verò à mane ad noctem, feſto atque profeſto,*
* *Totus item paritérque dies, populúſque patréſque* — * f. *Toto itidem paritérque die.*
*Iactare indu foro ſe omnes, decedere nuſquam,*
*Vni ſe atque eîdem ſtudio omnes dedere & arti:*
*Verba dare vt cautè poſſint, pugnare doloſè;*
*Blanditiâ certare, bonum ſimulare virum ſe;*
*Inſidias facere, vt ſi hoſtes ſint omnibus omnes.*

*Lactantius Diuin. Inſt. lib.* V. *cap.* IX. *cùm multa aduerſus iniquos & iniuſtos dixiſſet, addit tandem*: Sed & Lucilius tenebroſam iſtam vitam circumſcriptè breuiterq́ue depinxit his verſibus: Nunc verò à mane ad noctem &c.

3. *Græcum te, Albuti, quàm Romanum atque Sabinum*
*Municipem Pontî, Titij, Annî Centurionum,*
*Præclarorum hominum, ac primorum, ſigniferúmque*
*Maluîſti dici. Græcè ergò Prætor Athenis,*
*Id quod maluîſti, te, cùm ad me accedi', ſaluto:*
Χαῖρε (*inquam*) *Tite: lictores, turma omni', cohorsq́;* — * Lamb. Χαῖρε Tite. *hinc Muci iam Albutius, h. i.*
* Χαῖρε. *hinc hoſtis Mutî Albutius, hinc inimicus.*

Cicero de Finib. bonor. *& malor. lib.* I. Res verò bonas verbis electis grauiter ornateq́ue* dictatas, quis non legat? niſi qui ſe planè Græcum dici velit: vt à Scæuola eſt Prætor ſalutatus Athenis Albutius. quem quidem locum cum multa venuſtate, & omni ſale idem Lucilius: apud quem præclarè Scæuola, Græcum te, Albuti, quam &c. Sed iure Mutius. — *Lamb. *dictas*

4. * *Quàm lepidè lexeis compoſtæ? vt teſſerulæ omnes* — * Scal. *Quam lepidæ lexes, compoſtæ, vt teſſerulæ o. Arte pauimenti, atque embl. vermiculatæ?*
† *Arte, pauimento, atque emblemate vermiculato?* — † al. *Endo pauimẽto,*
5. *Craſſum habeo generum, ne rhetoricoterô tu ſis.*

*Cicero de Oratore lib.* 3. *ex perſonâ L. Craſſi*: Sequitur continuatio verborum, quæ duas res maximè collocationem primùm, deinde modum quendam



formamq́ue

formamque deſiderat. Collocationis eſt, componere & ſtrũere verba ſic, vt néve aſper eorũ concurſus, néve hiulcus ſit; ſed quodãmodo coagmentatus & læuis: in quo lepidè ſoceri mei [ Mutij Scæuolæ ] perſona luſit is, qui elegantiſſimè id facere potuit, Lucilius: Quam lepidè lexeis compoſtæ &c. quæ quum dixiſſet in Albutium illudens, ne à me quidem abſtinuit: Craſſum habeo generum &c. Quid ergo iſte Craſſus, quoniam eius abuteris nomine, quid effecit? Idem illud ſcilicet, vt ille voluit & ego vellem, melius aliquanto quam Albutius; verum in me quidem luſit ille, vt ſolet. *Idem in Oratore ad M. Brutum:* Collocabuntur igitur verba, aut vt inter ſe quam aptiſſimè cohæreant extrema cum primis, eaque ſint quam ſuauiſſimis vocibus: aut vt forma ipſa concinnitasque verborum cõficiat orbem ſuum: aut vt comprehenſio numeroſè & aptè cadat. Atque illud primum videamus, quale ſit, quod vel maximè deſiderat diligentiam, vt fiat quaſi ſtructura quædam; nec id tamen fiat operoſè. nam eſſet cum infinitus tum puerilis labor, quod apud Lucilium ſcitè exagitat in Albutio Scæuola; Quam lepidè lexeis &c. *Idem in Bruto:* Nullum niſi loco poſitum, & tanquam in Vermiculato emblemate, vt ait Lucilius, ſtructum verbum videmus. *Quintilianus lib. IX. cap. IV.* Neque enim qui ſe totum in hâc curâ conſumſerit, potioribus vacabit: ſiquidem relicto rerum pondere, ac nitore contempto, teſſerulas, vt ait Lucilius, ſtruet, & vermiculatè inter ſe lexeis committet. *Plinius Nat. Hiſt. lib. XXXVI. cap. XXV.* Frequentata vero pauimenta ante Cimbricum bellum magnâ gratiâ animorum, indicio eſt Lucilianus ille verſus: Arte, pauimento atque &c. *Nonius:* Vermiculatum pro minuto.

6 *—— Corneliu' Popliu' noſter*
**Scipiadas † dicto, tempuſq; intorquet in ipſum*
**Oti & delitiis, Luci effictæ, atque cinædo.*
*† Et ſectatori adeo ipſi ſuo, quo rectiu' dicas.*
*Ibat forte domum, ſequimur multi atque frequentes.*

* Scal. *Scipiades.*
† f. *dictus.*
* Scal. *Molli, & delitiis, & lucifuga, atque cinædo.* lego: *Orci delitiis, Luci effigia.*
† f. *Sectatori adeò: que ſuo* niſi quis malit, *Scurræ adeò ipſiúſque ſuo.*
* Scal. συγκυρεῖν.

*Feſtus:* Scurræ vocabulum Verrius ineptiſſimè aut ex Græco tractum ait, quod eſt * σκυρθάζειν, aut à ſequendo: cui magis aſſentitur, quod & tenuioris fortunæ homines, & cæteri alioqui, qui honoris gratia proſequerentur quempiam, non antecedere, ſed ſequi ſint ſoliti; quia videlicet dicat Lucilius: —— Corneliu' Popliu' noſter &c. Cum ſecutos videri velit, ob eorum iurgia, non ob adſuetum officium.

7. *Quo facetior videare, & ſcire plus quàm cæteri,*
*Pertiſum hominem, non perteſum dicere * ferunt, nam genus.*

* Scal. *fortunam, genus.*
† Scal. *Redargueſſe.* f. *Redarguiſſe.*

*Feſtus:* † Redarguiſſe per e literam Scipio Africanus Pauli filius dicitur enuntiaſſe; vt idem etiam Pertiſum. cuius meminit Lucilius, quum ait: Quo facetior videare &c.

8. *Quid? Decius, Nuculam, an confixum vis facere? inquit.*

*Cicero lib. II. De Oratore:* Ambigua ſunt inprimis acuta, atque in verbo poſita, non in re: ſed non ſæpe magnum riſum mouent, magis vt bellè & literatè dicta laudantur: vt illud Africani quod eſt apud Lucilium: Quid? Decius, &c.

9. *Nam ſi tu fluctus vndáſque e gurgite ſalſo*
*Tollere decrêris; ventum prius Hæmatium tu*
*Ventum, inquam, tollas t. c. q. i. l.*

*Iulius Rufinianus de Figuris:* Epagoge fit ex rerum ſimilium collatione vel argumentorum,



argumentorũ, ſalua tamen ſimilitudine. Rerum. vt Virgilius: Improuiſum aſpris veluti qui ſentibus anguem Preſſit humi nitens. & Cicero pro Roſcio, Comparat occupationes Iouis Opt. Max. Syllæ rebus geſtis. Argumentorum autem vt Lucilius: Nam ſi tu fluctus &c.

10. *Armamenta tamen, malum, vela omnia ſeruo;*
*Funis enim præciſu' cito, atque * anquina ſoluta eſt.*

* Turn. *angina.*

*Nonius.* *Anquinæ* vincula, quibus antennæ tenentur.

11. ** Hanc catapiratem puer eòdem † deferat, vncum,*
*Plumbi * paxillum rodus, linique metaxam.*

* al. *Hunc cataproratem.*
† f. *defer & vncum.*
* al. *pauxillum rudus,* al. *paxillũ rodi.*
* al. *lina.*

*Iſidorus Orig. lib. XIX. cap. IV. Catapirates* * linea cum maſſa plumbea, qua maris altitudo tentatur. *Feſtus: Rodus* vel *Raudus* ſignificat rem rudem & imperfectam. nam ſaxum quoque Raudus appellant Poëtæ. Vulgus quidem in vſu habuit, non modo pro ære imperfecto, vt Lucilius, cum ait; Plumbi paxillum rodus &c.

12. *Queîs hunc currere equum nos atque equitare videmus;*
*His equitat, curritq; oculis equitare videmus:*
*Ergo oculis equitat ——*

*A Gellius Noct. Attic. lib. XVIII. cap. V.* Pleraque veterum ætas, & hominem equo inſidentem, & equum qui inſidetur, *Equitem* dixerunt. Propterea *Equitare* etiam, quod verbum à vocabulo *Equitis* inclinatum eſt, & homo equo vtens, & equus ſub homine gradiens dicebatur. Lucilius adeò vir adprimè linguæ Latinæ ſciens, equum equitare, dicit his verſibus: Queîs hunc currere equum &c. *Macrobius Saturnal. lib. VI. cap. IX.* Nonius: *Equitare* quoque Lucilius *equum* dicit, cum ſit hominis equum inſidentis.

13. *Piſtricem validam ſi nummi ſuppeditabunt,*
*Addas empleuron, mamphulas quæ ſciat omnes.*

*Feſtus: Mamphula* appellatur panis Syriaci genus, quod vt ait Verrius, in clibano ante, quam percoquatur, decidit in carbones, cineremque, cuius meminit Lucilius: Piſtricem validam &c. *Varro lib. IV. de Ling. Lat.* Pilum quod eo far pinſunt. id vbi fit Piſtrinum. L, & S inter ſe ſæpe commutant. * Inde Piſtor vel Lucilij *Piſtrina,* vel *Piſtrix.*

* ex emendatione Scalig.

14. *Et velut * in fabricam feruens cum marculu' ferrum*
*Multorum magnis * tuditantium ictibu' tundit.*

* Fr. D. *in fabricá.*
* ita Scaliger ſuppleuit.

*Iſidorus Orig. lib. XIX. cap. VII. Marculus,* malleus puſillus.

15. *Quidni? & ſcruta quidem vt vendat ſcrutariu' laudat;*
*Præfractam ſtrigilem, ſoleam improbu' dimidiatam.*

*A. Gellius lib. III. cap. XIV. Dimidiatum* eſt quaſi diſmediatum & in partes duas pares diuiſum. *Dimidiatum* ergo niſi ipſum quod diuiſum eſt dici haud conuenit.

16. *Aurum atque ambitio * ſpecimen virtutis vtrique eſt:*
*Quantum habeas, tanti ipſe ſies, tantiq; habearis.*

* al. *ſpecies.*

*Commentarius vetus in Iuuenal. Satyr. III ad illa:* Quantum quiſque ſuâ nummorum ſeruat in arca Tantum habet & fidei.

17. *Ante fores autem, & triclinî limina quidam*
*Perditu' * Tyreſia tuſſi grandæuu' gemebat.*

* lego, *Tyreſias.*

*Donatus in Eunuchum Act. II. Scen. III.* ad verſum illum: Incúruus tremulus, labiis demiſſis, gemens. ] Gemens autem ob continuam tuſſim, ſic Lucilius: Ante fores autem &c.

 18. *Quer-*

18. *Querquera conſequitur febris, capitiſq́; dolores,*
**Infeſti mihi, tanquam Rondes Icadionq́;.* *vide Notas.

Feſtus: *Querqueram febrem*, grauem & magnam. Nam quidam quercum dictam volunt, quòd id genus arboris quũ graue ſit, ac durum, tum etiam in ingentem euadat altitudinem. Aurelius autem Opilius frigidam ait dici, & cum horrore trementem. Santra eam ex Græco deducit, qui tremorem eiuſmodi κάρκαρον dicunt. *Idem*: *Rondes Icadionq́;* cùm dixit Lucilius, nomina piratarum poſuit, *tam infeſtum ſibi corpus & valetudinem referens, quam illi eſſent ſaluti nauigantium.* *Idem*: *Icadion* nomen ſæuiſſimi piratæ.

19. *Tum laterali' dolor certiſſimu' nunciu' mortis.*

*Maximus Victorinus*: Liquentes autẽ literæ ſunt quatuor l, m, n, r. Liquentes verò ideo dicuntur, quòd fluant & quaſi intereant, quum conſequuntur aliquam breuem ſyllabam cum quauis alia conſonante. Sunt autem duplicis potentiæ: Nam longam ſyllabam poſitione facere poſſunt, ſi ita Poëta voluerit, & breuem non producunt.

20. *Nos eſſe arquatos? ſurgamus, eamus, agamus.*

*Nonius*: *Arquatus* morbus dictus eſt, qui Regius dicitur quòd Arquus ſit concolor de virore, vel quòd ita ſtringat corpora vt in arcum ducat.

21. *Inguen ne exiſtat; papulæ, tama, ne boa noxit.*

*Feſtus*: *Tama* dicitur, quum labore viæ ſanguis in crura deſcendit & tumorem facit. *Idem*: *Boa* ſerpens eſt aquatilis: quem Græci ὕδρον vocant. à quâ icti obturgeſcunt. crurum quoque tumor viæ labore collectus *Boa* appellatur.

22. *Hæc odioſa mihi vitiligo eſt, non dolet, inquit.*

*Feſtus*: *Vitiligo* in corpore hominis macula alba, quam Græci ἀλφὸν vocant, à quo nos album. ſiue à vitio dicta, etiamſi non lædit. ſiue à vitulo propter eius membranæ candorem, quâ naſcitur inuolutus.

* Fr. D. *ſapiens hæc omnia habebit.*

23. ——— *nondum etiam* hæc omnia habebit.*
*Formoſus, diues, liber, rex ſolu' vocetur.*

*Porphyrion lib. I. Sat. III. ad illa Horatij*: ——— *ſi diues qui ſapiens eſt. Et ſutor bonus & ſolus formoſus & eſt rex.*] Porro autem Stoici exiſtimant perfectæ ſapientiæ virum omnia habere in quo & Lucilius verſatus ſic ait: ——— nondum etiam hæc &c.

* f. *aut ſi quærere debes*
* f. *ſcire hocce de te.*

24. *Si me neſcire hoc neſcis, quod quærere dico,*
*Quare diuinas quicquam, *aut quare debes ipſe*
*Etſi ſcis q. b. e.* ſcire hoc d. te.*

*Iulius Rufinianus*: Enthymema fit cum periodus orationis ex contrariis ſententiis aſtringitur.

f. *Vt me ſcire volo, mihi ſum pto conſcius ipſe Ne damnum faciam, ſcire hoc ſe neſciet, id ni Scire alios ſcierit* ———

25. * * **vt me ſcire volo mihi conſcius ſum, ne damnum faciam. ſcire hoc ſe neſcit, niſi alios id ſcire ſcierit.*

*Veteres Gloſſæ Perſii in Sat. I. ad illa*: ——— *vſque adeóne Scire tuum nihil eſt, niſi, te ſcire hoc, ſciat alter.*] Hæc periodus apud Lucilium poſita eſt * * vt me ſcire volo &c.

*ex emendatione Scal.

26. ——— **ſponte ipſa ſuapte*
*Adducta vt tunicam & cætera reiiceret.*

*Varro lib. V. de Ling. Lat.* Spondeo à ſponte. nam id valet & à voluntate. Ideo Lucilius ſcribit de Cretea, *quum ad ſe cubitum venerit*, — ſponte ipſa &c.

*per



27. ——— **per mihi lectum*
*Impoſuiq́; pedem pellibus habes* ———

* reſcribo— *lectum Perminxi, impoſuique pudendam pellibu' labẽ.* Vide Not.

*Porphyrion lib. I. Sat. VI. Horat. ad illud*: —*quoniam in propria non pelle quieſſem.*] Ex prouerbio ſumtum eſt, in eos, qui mediocritatis ſuæ obliti, maiora ſeipſis appetunt, quos non contineri intra pelliculam dicimus. Et hoc inde ſumptum eſt, quòd ductores in pellibus dormirent, cuius rei & Lucilius teſtis eſt, cùm dicit: ——— Per mihi lectum &c.

28. ——— **quibu' mendæ* * f. *Vt quibu'*
*Omnibus in rebus fiunt, fieriq́; potis ſunt.*

*Nonius*: *Menda* fœminino genere.

29. ——— *velut* olli*
*Auceps *ille facit quum improuiſò, inſidiiſq́;.*

* f. *ollis* ſcil. auibus.
* f. *illice agit*

*Seruius Petri Danielis.*

30. *Luna alit oſtrea, & implet echinos, muribu' fibras*
*Et pecui addit* ———

*A. Gellius lib. XX. cap. VIII.* Luna, inquit, Annianus, nunc videlicet ſeneſcit, ea re oſtrea quoque, ſicuti quædam alia, tenuis exſuccaque eſt. Quum quæreremus, quæ alia item ſeneſcente Lunâ tabeſcerent; nónne Lucilium, inquit, noſtrum meminiſtis dicere: Luna alit oſtrea &c.

31. *Vno oculo, pedibuſq́; duobus, dimidiatus*
*Vt porcus* ———

*A. Gellius lib. III. cap. XIV.* *Dimidiatum* eſt quaſi diſmediatum, & in partes duas pares diuiſum. *Dimidiatum* ergo niſi ipſum quod diuiſum eſt dici haud conuenit.

32. *Vis eſt vita, vides; quæ nos facere omnia cogit.*

*Varro de Ling. Lat. lib. IV.* Poëtæ de cælo ſemen igneum cecidiſſe dicunt in mare; ac natam è ſpumis Venerem coniunctione ignis & humoris, quam haberent vim ſignificantes * Veneris à qua vi nateis, dicta Vita. vt illud à Lucilio: Vis eſt vita &c.

*ex lectione Scal.

33. *Nequam & magnus homo, laniorum immani' canes vt.*

*Varro de Ling. Lat. lib. VI.* Quum tria ſint coniuncta in origine verborum, quæ ſint animaduertenda, à quo ſit impoſitum, & in quo, & quid; ſæpe non minus de tertio, quàm de primo dubitatur, vt in hoc: vtrum primum *Vna Canis*, an *Canes* ſit appellata. dicta enim apud veteres Vna Canes.

34. *Nunc ad te redeo, vt quæ res me impendet agatur.*

*Feſtus*: Me pro mihi dicebant antiqui.

35. *Hæc te imbubinat, & contra te imbulbitat *ille.*

*Feſtus*: *Bubinare* eſt menſtruo mulierum ſanguine inquinare. *Imbulbitare*, eſt puerili ſtercore inquinare. dictum ex fimo quod Græci appellant βόλβιτον.

*ita ſupplemus verſum, niſi quis malit *infans.* tale enim aliquid deſiderari videtur.

36. *Quem præclarus helops, quem AEgypto ſargu' mouebit*

*Feſtus*: *Sargus* piſcis genus, qui in Ægyptio mari fere naſcitur.

37. *Et pedibus læuâ ſicyonia demit honeſta.*

*Feſtus*: *Sicyonia* genus calceamenti.

38. ** Suaſa quoque omnino † dirimit non * ſolla dupondi.*

* al *Vaſa*
† lego *redimis*
* v. c. *ſollo.*

*Feſtus*: *Sollo* Oſce dicitur id, quod nos totum vocamus. Lucilius: Suaſa quoque o. d, non ſolla d. id eſt, non tota.

39. *Nequam

*Scal. *Nequam eſt, aurum auris quoties vehementius amb it.* Vide Not.

39. ** Nequam aurum eſt, auris quod vi vehementius ambit.*

*Feſtus in voce* Nequam. Hoc verſu Lucilij ſignificare ait Sinnius Capito, nequam eſt aurum, quod auris lædat, vel pondere inaurium quum molliſſima pars auris inciditur, vel ex auro intelligi pecuniam, cuius reſpectu & nimia cupiditate homines ad peccandum adduci.

*al. *ex alto.*

40. *Sicuti mechanici, * quum alto exſiluere petauro.*

*Feſtus: Petauriſtas* Lucilius à *Petauro* appellatos exiſtimare videtur, cum ait: Sicuti mechanici &c.

41. *Vt petimen naſo, aut lumbos ceruicibu' tangat.*

*Feſtus: Petimina* in humeris iumentorum vlcera & vulgus appellat & Lucilius meminit, cum ait: Vt petimen naſo &c.

42. *Tum ſpara, tum rumices portantur, tragula porro.*

*Feſtus: Spara* minimi generis iacula à ſpargendo dicta. *Nonius: Spara,* quod eſt genus teli, neutro genere.

43. *Varronum, ac rupicum ſquarroſa, incondita roſtra.*

*Feſtus: Squarroſi* ab eadem ſquamarum piſcium ſimilitudine dicti, quorum cutis exſurgit ob aſſiduam illuuiem.

* ita Scal. al. *ſubiicit.*

44. *Vt veles bonu', ſub vitem qui * ſumicit haſtas.*

*Paulus ex Feſto: Sub vitem haſtas iacere* dicitur veles, quum eas ſub manu ſurſum mittit.

*Scal. *ſuppum.*

45. *Si verò das, quod rogat, & ſi ſuggeri' * ſuppus.*

*Feſtus: Suppum* antiqui dicebant, quem nunc ſupinum dicimus ex Græco, videlicet pro aſpiratione ponentes literam; vt quum iidem ὕλας dicunt & nos ſiluas: item ἕξ, ſex: & ἑπτὰ ſeptem. eius vocabuli meminit etiam Lucilius: Si verò das quod &c.

* ex emendatione Scal.

46. *Tapullam rident legem * concerræ Opimi.*

*Feſtus: Tapullam legem* conuiuialem ficto nomine conſcripſit iocoſo carmine Valerius Valentinus. cuius meminit Lucilius hoc modo: Tapullam rident, &c.

*ita Scal. Turn. *Nemo hic vindicias, neque ſacra aut numina retur.* f. *—nemo hic Nec numen, nec vindicias, neque ſacra veretur.*

47. ** Nemo hîc vindicias, numen, neque ſacra veretur.*

*Feſtus: Vindiciæ* appellantur res eæ, de quibus controuerſia eſt, quod potius dicitur ius, quia fit inter eos qui contendunt.

48. *Paſcali pecore ac montano, hirto atque ſoloce.*

*Feſtus: Solox* lana craſſa, vel pecus lana contectum.

* lego, *—vt ſi Eſurienti ex ore leoni exſculpere p.*

49. ** Vti eſurienti leoni ex ore exſculpere prædam.*

*Nonius: Exſculpere* eſt extorquere.

* Had. Iun. *agunturque omnia vorſum.* f. *eunt rurſum omnia vorſum.*

50. *Intereunt, labuntur, * euntur omnia verſum.*

*Nonius: Interfici* & Occidi ad inanimata veteres vehementi auctoritate poſuerunt.

* I. Guil. *Vele' tolutim hic ſ. inceſſuru' videtur.*

51. ** Velle tolutim hic ſemper incæpturu' videtur.*

*Nonius: Tolutim* dicitur, quaſi volutim vel volubiliter.

* f. *Hærebit mucro gladiúmque.*

52. ** Hærebat mucro, gladium in pectore totum.*

*Nonius: Gladium* neutri generis.

* I. Lipſ. *vbi acquierunt, tum ſibilus inſtat.* vel, *ſibilus inſit.*

53. *Saxa & ſtridor * vbi atque erunt, dum ſibilus inſtitis.*

*Nonius: Sibilus* maſculino genere.

54. *Durum, molle voras; fragmenta interfici panis.*

*Nonius: Interfici* & Occidi ad inanimata veteres vehementi auctoritate poſuerunt.

55. Concilio



55. *Concilio antiquo ſapiens vir ſolu' fuiſti.*

*Seruius Petri Danielis Aurelij.*

56. *Qui campos, colléſque gradu perlabitur vno.*

*L. Apuleius Florid. lib.* IV. *de equi commoditatibus loquens:* Hiſce igitur moramentis omnibus, qui volunt deuitari, atque vectorem ſibimet equum deligunt, diutinæ fortitudinis, viuacis pernicitatis: idem & ferre validum & ire rapidum: Qui campos c. g. p. u. vt ait Lucilius:

57. *Non tango, quod * auarus homo eſt, quodq́ improbu' † mitto.* * al. *auaru' modo eſt.* † ita emendo, pro quod vulgo legitur: *omitto.*

*Iulius Rufinianus:* Antiphraſis eſt figura ſententiæ, cùm quædam negamus nos dicere & tamen dicimus.

58. *Vellem cumprimis, fieri * ſi forte potiſſet.* *al. *Si forte potuiſſet.*

*Aſconius Pedianus in Diuinat. Cicer.* Incipiebant enim veteres ab inuocatione Deorum, quale eſt: Præfatus Diuos ſolio rex infit ab alto; aut ab reprehenſione ſuperioris tẽporis vt ait Lucilius: Vellem cum primis &c.

59. *Vicimus, ô ſocij, & magnam pugnauimu' pugnam.*

*Donatus in Eunuchũ Terentij Act.* V. *Sc.* II. *ad illa verba: Dabit hic aliquã pugnam.*] pro ſtupro. vt, At non in Venerem ſegnes nocturnaque bella. vt, Vereturque bella & ingens facinus. vt Lucilius: Vicimus, ô ſocij &c. *Idem in Adelph. Act.* V. *Sc.* III. *ad illa: Pugnaueris, magnam rem feceris.*] ſic Lucilius: Vicimus &c. *Idem ibidem Sc.* IV. *ad illa: Vitam duram quam vixi.*] ἀρχαισμός vt Lucilius: —— magnam pugn. p.

60. *Rhodos Carpathium in pelagus ſe inclinat apertum.*

*Porphyrion in Horat. Carm.* I. *od.* 7. *ad illud: Laudabunt alij claram Rhodon.*] Propterea claram, quod ſoli ſit oppoſita, dicit, de qua & Lucilius ſic ait: Rhodos Carpathium in &c.

61. *Carpathium mare tranſuectus cœnabis Rhodi.*

*Iunius Phylargyrius in* IV. *Georg. Virgil. Carpathium mare* inter Rhodum & Alexandriam, quod abeſſe dicitur à Carpatho inſula.

62. *Iudicis Hortenſi eſt ad eam rem nata palæſtra.*

*Porphyr. in Hor. Carm.* I. *Od.* XXVII. *ad illa: Natis in vſum lætitiæ ſcyphis.*] Natis, id eſt, ad hoc ſpecialiter inuentis & factis. Sic, Animal propter conuiuia natum. & Lucilius: Iudicis Hortenſî &c.

63. *Vt Prætori cohors, vt noſtris dixit haruſpex.*

*Porphyr. in lib.* I. *Sat.* VII. *Hor. ad illud: — laudat Brutum, laudatq́ cohortem.*] Cohortem comites dicit Bruti, qui in conſilio eius erant. Sic & Lucilius ait: Vt Prætori' cohors &c.

64. ** Principio exitu' dignus, exodiumq́ ſequetur.* * Fr. D. *Dignus principio exitus, exodiúmque ſequetur.*

*Vetus Commentar. in Iuuenal. Sat.* III. *ad illud: —— Tandemq́ redit ad pulpita notum exodium.*] Exodiarius apud veteres in fine ludorum intrabat, quod ridiculus foret: vt quidquid lacrymarum atque triſtitiæ coëgiſſent ex Tragicis affectibus, huius ſpectaculi riſus detergeret. Huius & Lucilius meminit: Principio exitu' &c.

65. *Magna penus paruo ſpatio conſumpta peribit.*

*Priſcianus lib.* VI. *Penus* quoque & maſculini & feminini & neutri inuenitur teſte Donato & Capro. *Nonius: Penus* generis feminini.

66. *Si tibi porrò iſthæc res idcirco eſt cordi, quod rere vtilem.*

*Nonius: Cordi eſt*, honeſtè dictum, animo ſedet.

* Fr.D. *Sanè tum ego.*

67. **Sanctum ego à Metello Romam repedabam munere.*

*Nonius: Repedare*, pede iterare.

68. *Caput collo ſuſtentatur, truncus ſuſtinetur à coxendicibus.*

*Nonius: Coxendicas*, coxas.

69. *Quænam vox ex te reſonans meo gradû remoram facit?*

*Feſtus:* Remeligines & *Remoræ* à morando dictæ ſunt.

* Scal. *ſub vitem procul.*

70. *Neque prodire in altum, præliari* procul ſub vite.*

*Feſtus: Sub vitem præliari* dicuntur milites, quum ſub vineâ militari pugnant.

*Fr.D. *commodum erat, vt.*

71. *Quod mihi*commodum eſt, aut vda veſtimenta depoſueram.*

*Donatus in Phorm. Ter. Act.* IV. *Sc.* III. *ad illa: Cum hoc id agebam commodum.*] Commoda æſtimatio eſt temporis ✻ ✻ Commodum tantum quod Lucilius: Quod mihi commodum &c.

72. *Mihi neceſſe eſt loqui: nam ſcio Amyclas tacendo periiſſe.*

*Seruius in* X. *Æneid. ad illud Virg.* — *& tacitis regnauit Amyclis.*] Quum frequenter falsò nuntiarentur hoſtes, & inani terrore ciuitas quaſſaretur, lata lege cautum eſt, ne quis vnquam hoſtis nuntiaret aduentum. Poſtea quum verè hoſtis veniret, nullo nunciante ex improuiſo capta eſt: vnde *Tacitæ Amyclæ* dictæ ſunt, quod periere ſilentio. Hinc eſt quod ait Lucilius: Mihi neceſſe eſt loqui &c.

73. *Homini amico ac familiari non eſt mentiri meum.*

*Lactantius Inſt. Diuin. lib.* VI. *cap.* XVIII. Eſt enim nefas eum qui veritati ſtudeat, in aliqua re eſſe fallacem, atque ab ipſa, quam ſequitur, veritate diſcedere. In hac iuſtitiæ virtutumque omnium via nullus mendacio locus eſt. Itaque viator ille verus ac iuſtus non dicet illud Lucilianum: Homini amico &c. Sed etiam inimico atque ignoto exiſtimabit non eſſe mentiri ſuum.

74. *Quin amplexetur, qui velit, ego non ſinam me amplectier.*

*Priſcianus lib.* VIII. *Amplexetur*, περιπλεκέσθω.

*Turn. *Obtuſo ore pugil, piſcinenſiſque reſéſque.*
Scal. *Obtuſo ore, pugil, piſcinenſis, reſes* —

75. ** Pro obtuſo ore pugil, piſcinenſis res eſt.* ———

*Feſtus:* Piſcinæ publicæ hodieque nomen manet; ipſa non exſtat, ad quam & natatum & exercitationis alioqui cauſſa veniebat populus. vnde Lucilius: Pro obtuſo ore &c.





76. *Tirei leontado & Pomani & thermo Parnime.*

*Chariſius Inſt. Gram. lib.* I. Plus in hac obſeruatione geminam i in maſculinis animaduertimus. Nam quum hic Æmilius, huius Æmilij declinemus: in vocatiuo tamen i literam ſubtrahimus. nam ſi o * *Æmilij* & *Iulij* dixeris Græcè declinaueris, vt Lucilius: Tirei leontado &c. *V. C. *Æmilie, Iulie.*

77. *Quâ facere id poßis, noſtram nunc accipe mentem.*

*Acron in Horat. lib.* I. *Sat.* IV. *ad illud: E quibus vnus auet quauis aſpergere cunctos.*] Quauis, quomodouis, vel quauis ratione, vt Lucilius: Quâ facere id &c.

78. *Pulchrè inuitati* ſumus, acceptiq́ benignè.* *ita verſum ſupplemus, niſi quis malit, *nimis.*

*Nonius: Inuitare* ſignificat repleri.

79. ——— *& ventrem & gutturem eundem.*

*Nonius: Guttur* maſculini generis.

80. *Aſparagi molles, * ſed viride cyma.* *Fr. D. *&*

*Nonius: Cima* neutro genere.

81. *Nam tam * algu † atque nigrore maius.* *V. C. *algo.* †f. *ac frigore marces.*

*Nonius:* * *Algu* pro algore * V. C. *Algo.*

82. *Verna * acer cupit hæc.* ——— * f. *ſacer.*

*Nonius: Vernas* veteres appellabant, qui vere ſacro fuerant nati, & habebatur nomen pro vitabili & maledicto.

83. ——— ** hippocampi elephanto camelos.* *Scal. *Hippocampelephantocamelos.* f. *Camphippelephantocamelos.*

*Nonius: Hippocampi* equi marini à flexu caudarum quæ piſcoſæ ſunt. & eſt Græcum. Lucilius *tranſuerſo ordine* poſuit: —— hippocampi &c.

84. *Si argenti * indiges.* * f. *indigeas*, vel, *indigus es.*

*Nonius:* Genitiuus caſus poſitus pro accuſatiuo.

85. *Atque omnes mandonum gulæ.*

*Nonius: Mandones*, edaces.

86. ** Andronius Flacci teget vtria.* —— * f. *Andronis Flacci.*

*Nonius: Vtria* generis neutri.

87. *Impermiſtum * lymphorem.* * f. *limporem.*

*Nonius: Lympha.* aqua genere fem. vt ſæpe. Maſcul. Lucil. Imperm. &c.

88. ———*palmiſq́ miſellam*
** Depuuit me.* ——— * f. *Depauit me.*

*Feſtus:* * *Depuuere* cædere. quod ipſum ex Græco eſt παίειν. *Scal. *Depuuire.*

89. ———*non omnibu' dormio.* ———

*Feſtus: Non omnibus dormio* Prouerbium videtur natũ à Cipio quodam qui Pararhenchon dictus eſt, quòd ſimularet dormientem, quo impunitius vxor eius mœcharetur. eius meminit Lucilius.

90. ——* *Agipes vocem mittere cæpit.*

* f. *Agipes cùm vocē*, vel certè, *tum.*

*Feſtus*: Pedarium Senatorem ſignificat Lucilius, cum ait: ——Agipes vocem m. c. qui ita appellatur quia tacitus tranſeundo ad eum cuius ſententiam probat, quid ſentiat, indicat.

91. *Iactans me * vt febris querquera.*

* lego, *vt querquera febris.*

*Paulus ex Feſto*: *Querqueram*, frigidam cum tremore à Græco κάρκαρα certum eſt dici.

92. —— *Mantiſa obſonia vincit.*

*Feſtus*: *Mantiſa* additamentum dicitur lingua Tuſca, quod ponderi adiicitur, ſed deterius & quod ſine vllo vſu eſt.

93. *Equum pedibus ſtlembum.*

*Feſtus*: *Stlembus* grauis, tardus; ſicut Lucilius pedibus ſtlembum dixit equum pigrum & tardum.

94. *Vinum Crucium.*

*Feſtus*: *Crucium* quod cruciat. vnde Lucilius vinũ inſuaue *Crucium* dixit.

95. *Qui ſchedium facit inconditum & inelaboratum.*

*Feſtus*: *Schedia* genus nauigij inconditi, trabibus tantum inter ſe connexis facti, quo mercimonia circumferunt poſt amiſſam nauem. Vnde *Schedia* vſus quoque Poëmata dicit & verſus, non ſatis perfectis, qui eſſent. Appellauit *Schedium* * Lucilius, cum dixit: Qui ſchedium fa. &c. *L. Apuleius de Deo Socratis*: Nec enim metuo ne in friuolis diſpliceam, qui in grauioribus placui. Sed vt me omnifariam noueritis: & in iſto, vt ait Lucilius ſchedio & incondito experiemini, an idem ſim repentinus qui & præparatus.

* ita Feſti fragm. ſupplerunt P. Pithœus & Fulu. Vrſinus.

96. *Terra * abiit in nimbos, bimbreſq;* ——

* Scal. *abit*

*Varro de L. Lat. lib.* IV. Vbi nunc eſt Roma, * ſeptem montium demiſſior infimus locus. Infimus, humillimus, quod in mundo infima humus. Humor hinc itaque. Ideo Lucilius, Terra abiit &c.

* Turn. *ſeptimontium nominatum*

97. —— *Cæcilius Pretor ne ruſticu' * fiat.*

* al. *fias.*

*Varro de L. Lat. lib.* VI. In pluribus verbis A. ante E. alij ponunt, alij non: vt quod partim dicunt Scæptrum, partim Sceptrum; alij Fænus, alij Fenus; ſic Fænicia & Femicia; à quo ruſtici Pappum Mæſum, nõ Meſum: à quo Lucilius ſcribit, Cæcilius ne ruſt. fiat. *Diomedes lib.* II. Detractionis ſunt æquè quatuor Barbariſmi: temporis, literæ, ſyllabæ, aſpirationis. Temporis; vt, Feruere Leucaten. Literæ; vt, ſi quis detracta A litera *Pretor* dicat, vt Lucilius, Pretor ne ruſticu' fias. quum debeat Æ pronuntiari *Prætor*: ſed ſtructuræ gratia ſyllaba longa corripitur.

98. *Ergo Prætorum eſt ante præire* ——

*Varro de L. Lat. lib.* IV. *Prætor* dictus qui *præiret* iure & exercitu.

99. —— *quantum hinnitum atque equitatum.*

*Varro de L. Lat. li.* VI. Multa ab animalium vocibus tranſlata in homi-





nes: partim quæ ſunt aperta, partim obſcura. Perſpicua, vt Lucilij, Quantum hinnitum &c.

100. —— *quadranti' ratiti.*

*Varro de L. Lat. lib.* IV. Auentinum aliquot de cauſſis dicunt. Næuius ab auibus; quod eò ſe ab Tiberi ferrent aues: alij ab rege Auentino Albano quod ibi ſit ſepultus: alij ab aduentu hominum, quod commune Latinorum ibi Dianæ templum ſit conſtitutum. Ego maximè puto ab aduectu: nam olim paludibus mons erat à reliquis diſcluſus. Itaque eò ex vrbe qui aduehebantur ratibus, quadrantem ſoluebant. cuius veſtigia, * quod ea, qua tum itur, Velabrum, & vnde † aſcendebant ad rumam noua via lucus eſt, & ſacellum larum, Velabrum dicitur à vehendo. Velaturam facere etiam nunc dicuntur, qui id mercede faciunt. Merces dicitur à merendo & ære. Hinc vecturæ, quas ſoluebant hi, qui ratibus tranſibant, *Quadrans*. ab eo Lucilius ſcripſit: —quadranti' ratiti. *Feſtus*: * *Ratitum quadrantem* ſignauit Tarquinius rex. quem . . . . . . & Opilius Aurelius dictum putant, quod in eo, & triente ratis fuerit effigies, vt nauis in aſſe. Vnde Lucilius *quadrantē* quoq. *ratitum* vocat, cũ ait: —— quadranti' ratiti.

* Scal. *quod quanum itur.*
† Scal. *eſcendebant ad Rumiam, Noua via, vbi Lucus.*
* Ex reſtitutione Scal.

101. *Perſium non curo legere: Lælium Decimum volo.*

*Cicero de Oratore lib.* II. Nam vt C. Lucilius homo doctus & perurbanus dicere ſolebat: *ea quæ ſcriberet neque ab indoctiſſimis neque ab doctiſſimis legi velle, quod alteri nihil intelligerent, alteri plus fortaſſe quam ipſe de ſe: quo etiam ſcripſit*: Perſium non curo legere. (hic enim fuit, vt noramus, omnium fere noſtrorum hominum doctiſſimus.) Lælium Decimum volo. Quem cognouimus virum bonum & non illiteratum, ſed nihil ad Perſium.
*Plinius Nat. Hiſt. lib.* I. *Epiſt. ad Veſpaſ. Hæc doctiſſimum Perſium legere nolo; Lælium Decimum volo.* Quod ſi hoc Lucilius, qui primus condidit ſtili naſum, dicendum ſibi putauit. *Cicero de Finib. lib.* I. Nec vero, vt noſter Lucilius, recuſabo, quo minus omnes mea legant. Vtinam ille Perſius: Scipio verò & Rutilius multò etiam magis: quorum ille iudicium reformidans, *Tarentinis ait ſe, & Conſentinis, & Siculis ſcribere.* facetè is quidem ſicut alias: ſed nec tam docti tunc erant, ad quorum iudicium elaboraret; & ſunt illius ſcripta leuiora, vt vrbanitas ſumma appareat, doctrina mediocris.

102. *Priuſquam Theognis naſceretur.*

*A. Gellius lib.* I. *cap.* III. Hoc profecto nemo ignorauit, etiam priuſquam Theognis, vt ait Lucilius, naſceretur.

103. * *Lactentia coacla cum melle bibi.*

* reſcribit —*Lactentia Coa Clam cum melle bibi* —

*Caper de Orthographia & Latin. verb. Lactens*, qui lacte abundat.

104. * *Huic Terentiæ Orbiliæ.*

* f. *Huicce*, vt fiat principium Hexametri.

*Martianus Capella lib.* III. Lucilius in datiuo A. & E. coniungit.

105. * *Mænius columnam cùm peteret.*

* reſcribo, —*columnā Mæniu' cùm peteret*, vel *cùm accuperet.*

*Porphyr. in Horat. lib.* I. *Sat.* III. Mænius fertur domo ſuâ, quam ad forum habebat, diuenditâ, vnam columnam ſibi ibi excepiſſe, vnde gladiatores ſpectaret, quæ ab eo columna Mænia nominabatur. cuius & Lucilius ſic meminit: Mænius columna. &c.

106 — *Valerî ſententia dia.*

*Porphyr. in Hor. lib. I. Sat. VI. ad illud: contra Læuinum Valerî genus.* ] Periphraſim autem neceſſario fecit, ſicut Lucilius cùm dicit: Valerî ſ. d. Quia ſcilicet nomen quatuor breuium ſyllabarum, & ideo non poteſt in Hexametrum verſum recipi.

107. — *murexq́ marinus.*

*Acron in Horat. lib. II. Sat. IV.* Murex genûs eſt piſcis.

108. — *echinus*

*ex emendatione Scal.

* *Cinnabari infectus.* —

*Acron in Hor. lib. I. Sat. VI. ad illud: — aſtat echinus vilis.* ] Echinum dixit vas ſalis, in modum echini marini. alij ampullam vitream; alij lignum dicunt cum vncinis, in quo ponuntur calices; alij ampullam ſcorteam, iuxta illud Lucilij: Echinus chinaba infectus.

109. — *guſtaui cruſtula ſolus.*

*Acron in Hor. lib. I. Sat. I. ad illa: vt pueris olim dant cruſtula blandi Doctores.* ] Cruſtula placentas. *Cruſtula* quando in neutro genere dicimus, edulia ſignificamus. *Commentar. Vetus in Iuuenal. lib. III. Sat. IX. ad illud: — Lambenti cruſtula ſeruo.* ] Cruſtula, ſpecies operis piſtorij. Lucilius: — guſtaui cruſtula ſ. id eſt, placentas.

*al. *Brutaces bilingues.*

110. — * *Brutace bilingui.*

*Porphyrion in Hor. lib. I. Sat. X ad eum locum: — Canuſini more bilinguis.* ] Bilinguis dicitur, quoniam vtraque lingua Canuſini vſi ſunt; ſicuti per omnem illum tractum Italiæ, quem ex maiori parte Græci incoluerunt: ex quo Magnæ Græciæ nomen accepit. ideo ergo & Ennius & Lucilius, Brutace bilingui, dixerunt.

111. — *efflantq́ elatis naribu' lucem.*

*Marius Victorinus lib. I. de Syllabis:* Videtur plurimis eſſe quintus communium ſyllabarum modus, qui apud Lucilium & veteres multos eſt frequentatus, vt correpta vocalis deſinat in s, & excipiatur ab alia conſonanti, vel vocali loco conſonantis poſita.

112. *Gnatis parce tuis.* —

*Seruius in X. Æn. ad illud. Natis parce tuis.* ] Parce, ſecundum antiquos ſerua, vt apud Lucilium & Ennium: Gnatis p. t.

* ſ. — *ager horret & alget.*

113. — * *horret & alget.*

*Seruius in XI. Æn. ad illa: — tum latè ferreis haſtis Horret ager, campiq́ armis ſublimibus ardent.* ] Horret ager, terribilis eſt. Eſt autem verſus Ennianus, vituperatus à Lucilio, dicente per irriſionem, debuiſſe eum dicere: — horret & alget. Vnde Horatius de Lucilio: Non ridet verſus Ennî grauitate minores.

*lego — *euertit.*

114. — * *& vellit mappas, mantella, merumq́.*

*Seruius in lib. IV. Georg. ad illa Virgilij: tonſiſq́ ferunt mantilia villis.* ] Varro appellat *Mantelia* ſeu *Mantella*, quaſi manuteria. Cæterum Plautus huius

ſingulare



ſingulare *Mantellum* poſuit in Captiu. Nec ſycophantiis, nec fucis vllum mantellum obuiam eſt. Lucilius autem *Mantella* dixit, — mappas, mantella, m. quæ Græci μάνδυα vocant. *Iunius Philargyr. ibidem. Porphyr. lib. II. Sat. III. Hor.* Mappas antiqui dicebant, quæ nunc *mantilia*. Lucilius: Et vellit mappas.

115. * *At quidem te ſenium atque inſulſe Sophiſta.*

*ſ. *At Dijte*, vt ſubaudiatur, perdant.

*Donatus in Eunuch. Act. II. Sc III. ad illum locum: Vt illum Dij Deæq́ ſenium perdant.* ] Plus dixit *ſenium* quàm ſenem. Et ſenex ad ætatem refertur: *ſenium* ad conuicium. ſic Lucilius ait, At quidem te &c.

116. *Tuam vt memoriam retineas.*

*Donatus in And. Act. V. Sc. IV. ad illa: Metuo vt ſubſtet hoſpes.* ] vt ne, non. Lucilius, Tuam vt memor. &c.

117. — *Myconi calua omni' iuuentus.*

*Donatus in Hecyr. Act. III. Sc. IV. ad illa: Magnus, rubicundus, criſpus.* ] Imperitè Terentium de Myconio criſpum dixiſſe aiunt: quum Apollodorus caluum dixerit: quod propriũ Miconis eſt, vt Lucilius, Miconi omnis c. i. Vnde etiam prouerbium Græcum μυκώνιος φαλακρός.

118. — * *Carcer vix carcere dignus.*

* vide Notas.

*Donat. in Adelp. Ac. III. Sc. II. ad illa: vix ſum compos animi.* ] aut *vix* tandem; aut *vix*, non. vt Lucil. Carcer vix c. d. *Idem in And. Act. I. Sc. II. ad illud: Carnifex quæ loquitur.* ] aut excarnificans dominum, aut ipſe dignus carnifice, vt caro fiat, id eſt, lanietur. Lucilius, Carcer vix c. d. *Idem in Eunuch. Ac. III. Sc. II. Vix* aut difficile ſignificat, aut nõ, vt ſit nec hoc. Lucil. Carcer v. c. d. *Idem ibidem Act. IV. Sc. III. ad illa: Quin inſuper ſcelus.* ] αὔξησις. Plus enim eſt ſcelus, quàm ſceleſtus. vt Lucil. Carcer v. c. d. *Idem in Phorm. Act. II. Sc. III. ad illud: Ain' tandem carcer.* ] non carcerarium, ſed carcerem aſperius appellauit. ſic Lucil. Carcer v. c. d. & *vix* pro non.

119. — *lecti omnes: Atticon hoc eſt.*

*Donat. in Phorm. Act. I. Sc. II. ad illud: Accipe, hem. lectum eſt.* ] abſolutè. nam non dicit quid, vtrum debitum, an argentum lectum.

120. — *animo ac virtutibus.* —

*Donat. in Adelp. Ac. II. Sc. I. ad illa: Ornatus eſſes ex tuis virtutibus.* ] Sic veteres per ironiam virtutes pro flagitiis dicebant: Lucil. animo ac virtut.

121. *Centum genera ſolæciſmorum.*

*Iſidorus Orig. lib. I. cap. XXXII.* Fiunt præterea *Solæciſmi* & plurimis modis. Nam Lucilius Centum gen. ſolæciſm. dixit, quos omnes vitare potius quàm ſequi debet, qui regulam rectè loquendi ſtudet tenere.

121. *A me auxiliatus ſi eſt.*

*Priſcianus lib. II. & VIII.* Auxiliatus paſſiuè βοηθηθείς.

123. — *anſeris herbili' virus.*

*Seruius P. Danielis.* Virus, id eſt fœtor.

124. — *ſtas*

124. ——— *ſtat ſentibu' fundus.*

*Donatus in Andr. Act.* IV. *Sc.* II. *ad illud Terentij: Per me ſtetiſſe.*] hoc eſt eſſe, vt Virg. —deſertaque montis Stat domus. aliter plenum eſt, vt idem: Stant & iuniperi & caſtaneæ hirſutæ. aliter horreat. vt: —ſtant lumina flamma. & Lucilius: —ſtat ſentibu' fundus.

125. *Ex facie florem delegeris* ———

*Donat. in Eunuch. Act.* IV. *Sc.* IV. *ad illa Ter. Quem tu verò videre velles Phædria?*] verò, pulchrè. Pulcher eſt enim cuius forma nec odium, nec conuitium commeruit. Lucilius in Satyr. * * ex facie &c.

*lego, —*Pedetentimne hunc reſalutem?*

126. **Pedetentim hunc reſalutem.*

*Chariſius lib.* II. Pedetentim.

127. ——— *fici comeduntur & vuæ.*

*Chariſius lib.* I. Hæc *ficus* & hæ *fici* & has *ficos* facit: genitiuus enim ſingularis huius *fici*, non huius *ficus* eſt. *Idem eodem lib. paulo poſt.*

*lego, *roſtra*

128. ——— **exta acceptoris & vnguis.*

*Chariſius lib.* I. *Acceptor* & Accipiter, Virgilius enim Accipiter dixit, Lucilius autem *Acceptor.*

129. ——— *gibbere magno.*

*Chariſ. lib.* I. *Gibber*, vt ait Verrius, ipſum vitium dicitur, vt Tuber.

* V. C. *Cum illi fora erat.* f. *Tunc illi fora erant.* vel potius, —*illa Quum fora itant.*

130. * *Quum illa fora itant.*

*Chariſ. lib.* I. *Forum* neutro genere dicimus locum agendis rebus deſtinatum, aut quum Commercium ſignificamus.

131. *Plure foras vendunt.* ———

*Chariſ. lib.* I. *Plure* aut Minore emptum antiqui dicebant.

* Fr. D. *Aſſe duas ficos.*

132. * *Aſſiduas ficos.* ———

*Chariſ. lib.* I. Hæc *ficus* & hæc *fici*, & has *ficos* facit. genitiuus enim ſingularis huius, *fici* non huius ficus eſt.

133. ——— *Legem*
*Vitemus Licinî* ———

*A. Gellius lib.* II. *cap.* XXIV. *Lex* deinde *Licinia* rogata eſt; quæ cum certis diebus, ſicuti Fannia, centenos æris impendi permiſiſſet, nuptiis ducenos indulſit; cæteriſque diebus ſtatuit æris tricenos; cum & carnis aridæ & ſalſamenti certa pondera in ſingulos dies conſtituerit: ſi quidquam eſſet natum è terra, vite, arbore; promiſcè & indefinitè largita eſt.

* for. *centuſſi' miſellus.*

134. ——— *Fannî * centuſſiſque miſellos.*

*A. Gellius lib.* II. *cap.* XXIV. *Lex Fannia*, quæ Ludis Romanis item Ludis Plebeis & Saturnalibus & aliis quibuſdam diebus in ſingulos dies centenos æris inſumi conceſſit, decemque aliis diebus in ſingulis menſibus tricenos; cæteris autem omnibus diebus denos. hanc Lucilius Poëta Legem ſignat,

cum



cum dicit, —Fannî cent. miſ. in quo errauerunt quidam Commentariorum in Lucilium ſcriptores, quod putauerunt Fanniâ Lege perpetuos in omne dierum genus centenos æris ſtatutos. Centum enim æris Fannius conſtituit, ſicuti ſupra dixi, feſtis quibuſdam diebus; eoſque ipſos dies nominauit. aliorum autem dierum omnium in ſingulos dies ſumptus incluſit intra æris aliâs tricenos, aliâs denos.

*Macrobius Saturnal. lib.* III. *cap.* XVII. *Fanniæ* autem *Legis* ſeueritas in eo ſuperabat Orchiam Legem, quod in ſuperiore numerus tantummodo cænantium cohibebatur, licebatque ſecundum eam vnicuique bona ſua inter paucos conſumere: *Fannia* autem & ſumptibus modum fecit aſſibus centum. Vnde à Lucilio Poëta feſtiuitatis ſuæ more Centuſſis vocatur.

135. *Anû noceo.*

*A. Gellius lib.* IV. *cap.* XVI. Lucilius in datiuo caſu *anu* dicit, non anui.

136. ——— *prodes amicis.*

*Macrobius de differentiis & ſocietatib. Græci Latinique verbi:* Similiter apud Latinos Imperatiuus naſcitur ab infinito abiecta vltima, Cantare, Canta; Monere, mone; Legere, lege; Ambire, ambi; Ferre, fer; Eſſe, es, & Ades & *Prodes.*

137. ——— *primum facie quod* * *honeſtas*
*Accedit.* ——— * ex emẽdat. Scal.

*A. Gellius lib.* IX. *cap.* XIV. In caſu autem dandi, qui puriſſimè locuti ſunt non *Faciei* vti nunc dicitur, ſed *facie* dixerunt.

138. *Scinde, puer, calam, vt caleas.* ———

*Seruius in* VI. *Æneid. Virg. Calas* dicebant maiores noſtri fuſtes, quos portabant ſerui ſequentes dominum ad prælium, vnde etiam *Calones* dicebantur. Nam conſuetudo militis erat Romani, vt ipſe ſibi arma portaret, & vallum, quod dicebant *Calam.* Sic Lucilius; Scinde puer calam &c. id eſt, ô puer frange fuſtes & fac focum.

139. ——— *reſultantes ædeſque lacuſque.*

*Seruius in* I. *Æn. ad illa, dependent lychni laquearibus aureis.*] Principaliter *lacus* dicitur. vt Lucil. reſultantes æ. que l. que. Diminutio *Lacunar* facit. Horat. nec mea renidet in domo lacunar. Inde fit alia diminutio *Lacunarium*, & per ἀντίστιχον *Laquearium.* *Iſidorus Orig. lib.* XV. *cap.* VIII.

140. *Ecquem Pamphilum quæris.*

*Seruius in* I. *Æn. Quem* vacat. nam de vno loquebatur.

141. ——— χῖος τε δυνάστης.
Οἶνος ———

*Seruius in* II. *Georg. ad illa Virg. Sunt & Amineæ vites firmiſſima vina Tmolus. & aſſurgit quibus & rex ipſe Phanæus.*] De Lucilio tractum eſt, qui ait: — Χῖος τε δυνάστης &c.

142. *Vxori legata penus* ———

*Seruius in* I. *Æn.* Sanè dicimus & hic & hæc & hoc *penus*: ſed in maſculino &



lino &

lino & feminino genere quartæ eſt declinationis, in neutro tertiæ, quomodo pecus, pecoris.

143. *Apollo Pulcher dici non vult.*

*Seruius P. Danielis Aurelij.*

144. *Scorta Pyrgentia.*

*Seruius eiuſdem.*

145. *Vultis? empta eſt: noltis? non empta eſt.*

*Diomedes lib. I. in verbo Nolo:* Apud veteres reperimus; Id quod non vultis, noltis. vt eſt apud Lucilium: Vultis? emta &c. Ex hoc vulgo faciunt Imperatiuum *noli.*

146. *Et ſuffocare conatur.*

*Diomedes lib. I.* Præfoco, præfocaui, Probus quaſi nouam vocem miratur. angit enim veteres dicebant. vt Virgilius: —& faucibus angit inhærens. Lucilius tamen ait: Et ſuffocare c.

147. ——*pergit capulare cadauer.*

*Fulgentius Planciades de Priſco ſermone: Capularem* nominari volunt ſenem iam morti contiguum; quin & reos capulares dicebant, qui capulo digni fuerant, vnde & Lucilius ait: Pergit capul. c.

148. *Serenu' fuit.*

*Quintilianus Inſt. Orat. lib. IX. cap. IV.* Cæterum conſonantes quoque, eæque præcipue, quæ ſunt aſperiores in commiſſura verborum rixantur, & s vltima cum x proxima, quarum triſtior etiam, ſi binæ collidantur, vt, ars ſtudiorum: quæ fuit cauſſa & Seruio, vt dixi, ſubtrahendæ s literæ, quoties vltima eſſet aliaque conſonante ſuſciperetur: quod reprehendit Lauranius, Meſſalla defendit. Nam neque Lucilium putant vti eadem vltima, quum dicit: Serenu' fuit, &, dignu' loco.

*Scal. *pullipremo.* 149. *Subulo, *pullipremo.*

*Auſonius Epigramm. LXIX.* Quid Marcus? Feles nuper pullaria dictus, Corrupit totum qui puerile ſecus. Peruerſæ Veneris poſtico vulnere foſſor, Lucili Vatis, Subulo, pullipremo.

150. ——*Viſcus aprinum.*

*Chariſius lib. I.* Item Caprina & *Aprugna* cur diſſimiliter deriuetur, quæri ſolet; quibus reſpondebimus vtrumque per i proferri debere, ſed in altero vſu u literam celebrari, quamuis Lucilius, Viſcus aprinum, non *aprugnum* dixerit.

151. ——*Agrariu' mergus.*

*Iulius Capitolinus in vita Pertinacis:* Auaritiæ ſuſpicione priuatus non caruit, cum apud vada Sabatia oppreſſis fænore poſſeſſoribus, latius ſuos teneret fines. Deniq. ex verſu Luciliano agrarius mergus eſt appellatus.

152. *Oleum Caßinas.*

*Priſcianus lib. VII. Oleum Caßinas* neutrum pro Caſſinate dixit.

153. *Cariſſam*



153. *Cariſſam.*

*Feſtus: Cariſſam* apud Lucilium * vafram ſignificat. * v. c. vafrum.

154. Ἄλγη ἔθηκεν.

*Seruius in X. Æn. ad illum locum Virgilij: — meq; hoc ita ponere ſentis.* ] Ponere, facere. Sic Lucilius Homerum ſecutus, qui ait, Ἄλγη ἔθηκεν, id eſt, fecit.

155. *Ninguis.*

*Chariſius lib. I.* Ix terminata maſculina & feminina & communia inuenies, quorum genitiuus cis exit, vt hic Calix, calicis, hæc Pix picis, hic & hæc & hoc Felix, felicis. Excipitur hoc ſolum Nix, quod contra rationem niuis facit, licet veteres *ninguis* declinauerunt, è quibus eſt Lucilius.

156. *Strigilim.*

*Chariſius lib. I.*

157. *Iugerum.*

*Chariſius lib. I.* Quum verò e, vel i, vel u terminetur ablatiuo ſingulari um accipit, & facit genitiuum pluralem, datiuus & ablatiuus bus ſyllaba finiuntur, veluti ab hoc Rege, regum, regibus; ab hac Naui, nauium, nauibus; ab hoc Portu, portuum, portubus. Inueniuntur tamen apud auctores etiam his contraria. *Nacerum* enim Cælius dixit, * Lucilius Iugerum, Gellius verò *Regerum* & *Lapiderum*: quum rum ſyllabam nunquam accipiat ablatiuus e terminatus, niſi cum producitur, vt ab hac Re, rerum; Die, dierum; Specie, ſpecierum; Facie, facierum. * v. c. Cæcilius, Naterum.

158. Εὔφωνα.

*Conſultus Chirius Fortunatianus, Rhetor. lib. III.* Quæ verba magis ſonantia ſint ea potius collocemus, quæ Lucilius εὔφωνα appellat, id eſt, vocalia.

159. *Canaliculam.*

*Nonius:* Canalis Feminino; Lucilius ὑποκοριστικῶς Canaliculam dicit.

160. *Corolla.*

*Iſidorus Orig. lib. XIX. cap. XXX.* Primum ornamentum Corona inſigne victoriæ; ſiue Regij honoris ſignum. quæ ideo in capite Regum ponitur ad ſignificandum circumfuſos * in orbe populos, quibus accinctus, quaſi caput ſuũ, coronatur. Hæc à Lucilio Corolla, ab Homero στεφάνη dicta eſt. *f. in orbem.

161. *Vappones.*

*Probus in Catholicis nominum.*

162. *Aquilum.*

*Gloſſarium:* Aquilum μέλαν, ὡς Λουκίλλιος.

163. *Gulliocæ.*

*Gloſſarium:* Gulioca. καρυοτόμια Galliocæ κάρυα μακρὰ παρὰ Λουκιλίῳ.

164. *Arnobius aduerſ. Gent. lib. II.* Quia Fornicem Lucilianum, & Marſvam Pomponij obſignatum memoria tenetis.



165. *Idem*

165. *Idem lib.* v. Ocriſiam prudentiſſimam fœminam Diuos inſeruiſſe genitali: explicuiſſe motus certos. Tunc ſancta & feruentia numina *Vim vomniſſe* Lucilij, ac Regem Seruium natum eſſe Romanum.

166. *Hieronymus ad Chromatium*: Secundum illud de quo *ſemel in vita Craſſum* ait *riſiſſe* Lucilius: *Similem habent labra lactucam, aſino carduos comedente. Idem ad Demetriadem*: Et M. *Craſſum ſemel in vitâ* ſcribit *riſiſſe* Lucilius. *Idem aduerſus Ruffinum*: Ego certè vt homini ſeueriſſimo riſum moueam, vt imiteris aliquando *Craſſum, quem ſemel in vitâ riſiſſe* ſcribit Lucilius. *Cicero de Finib. lib.* v. Dicimus aliquem hilarè viuere. Igitur ſi ſemel triſtior effectus eſt, hilara vita amiſſa eſt? At hoc in eo M. *Craſſo*, *quem ſemel* ait *in vitâ riſiſſe* Lucilius, *non contigit, vt ea re minus* ἀγέλαςος, vt ait idem, vocaretur. *Idem Tuſculan. Quæſt. lib.* III. Nec verò ea frons erat, quæ M. *Craßi* illius veteris, quem *ſemel* ait *in omni vita riſiße* Lucilius, ſed tranquilla & ſerena. *Macrobius Saturnal. lib.* II. *cap.* I. Neque ego ſum neſcius, vos nec triſtitiam nec nubilum vultum in bonis ducere, nec Craſſum illum, quem Cicero auctore Lucilio *ſemel in vita riſiße* ſcribit, magnopere mirari. *Aſconius Pædianus in Orat. Cic.* II. *contra Verrem ad illa: Semel ait ſe in vita perticuiße contumaciam Verris præcipitem.*] Nam ſemel vicinum eſt ad penè numquam. ex eodem ſenſu eſt, quod *ſemel in vitâ riſiße Craßum* ſcribit Lucilius. vnde Virgilius mihi videtur dixiſſe: Tum primum noſtri Cacum videre timentem.

*Ammianus lib.* XXVI. Exceſſit autem vita Procopius anno 40. menſibus 10. corpore non indecoro, nec mediocris ſtaturæ, ſubcuruus, humumque intuendo ſemper incedens, perque morum triſtium latebras illius ſimilis Craſſi, quem *in vitâ ſemel riſiße* Lucilius affirmat & Tullius.

167. *Plinius Nat. Hiſt. lib.* VIII. *cap.* XLVIII. *De generibus lanarum & veſtium loquens: Crelræ Papaueratæ* antiquiorem habent originem, iam ſub Lucilio Poëta *in Torquato notatæ.*

168. *Seruius in* VIII. *Æn. Virg. ad illum locum: — viridique in littore conſpicitur ſus.*] Horat. — & amica luto ſus. Sciendum tamen hoc, eſſe vitioſum in monoſyllabum finiri verſum, *niſi forte ipſo monoſyllabo minora explicentur animalia, vt,* Parturient montes, naſcetur ridiculus mus. *gratioſiores enim ſunt iſti verſus* ſecundum Lucilium.

169. *Cicer. in Bruto de L. Craſſo loquens*: Multæ deinde cauſſæ, ſed *ita tacitus Tribunatus, vt niſi in eo magiſtratu cænauiſſet apud Præconem Granium, idque nobis bis narrauiſſet Lucilius,* Tribunum Plebis neſciremus fuiſſe.

170. *Quintilianus lib.* I. *cap.* V. *Inſt. orat.* Taceo de *Tuſcis & Sabinis & Præneſtinis, quorum ſermone vtentem Vectium Lucilius inſectatur.*

171. *Commentator Vetus Horatij lib.* II. *Sat.* I. *ad illa: — me pedibus delectat claudere verba Lucili ritu noſtrûm melioris vtroque Ille velut fidis arcana ſodalibus olim Credebat libris.*] Hoc Lucilius ex Anacreonte traxit & Alcæo Sapphoque Græcis Lyricis, quos ait Ariſtoxenes libris propriis amicorũ loco vſos fuiſſe. Dicitur enim Lucilius *vitam ſuam ſcripſiße, & non ſibi pepercıße.*

172. *Porphyr. in Hor. lib.* II. *Sat.* II. *ad illud: Primum nam inquiram, quid ſit furere.*] Oſtendit quid ſit furor, vt Lucilius ..........

273. *Donatus in Adelp. Ter. Act.* III. *Sc.* I. *ad illa: E re nata melius fieri haud potuit.*] Sic propriè dicimus de iis quæ contra voluntatem noſtram acciderunt: vt nunc vitium virginis. Ergo è re nata, ex vitio virginis. Sic Lucilius, p...i..i...

174. *Feſtus: Ranam* vocem ſignificare ait Verrius raucam, & parum liquidam



quidam proxime canum latratum ſonus autem, vnde etiam cauſidicus pugnaciter loquens, *rabula* appellabatur, vt eſt apud Lucilium.........

175. *Idem: Remillũ* dicitur quaſi repandum. . . . Lucilius, *ſuda. . . . . remilium.*

176. *Idem: Suberies* arboris genus ex qua cortex natatorius detrahitur, Lucilius . . . . *ti hibernacul.*

177. *Gloßarium: Mutonium* προβασκάνιον, ὡς Λουκίλλιος.

# VERSVS ALIQVOT
## citati quidem omiſſo auctoris nomine aut perperam adſcripto, à doctis tamen Lucilij eſſe exiſtimati.

*

178. ——*Cuius non audeo dicere nomen?*
*Quid refert, dictis ignoſcat Mutius, an non?* Vide Notas.

*Iuuenalis lib.* I. *Sat.* I. — vnde illa priorum Sribendi, quodcumque animo flagrante luberet, Simplicitas; *Cuius non audeo dicere n. &c.*

179. ——*Granius autem*
*Non contemnere ſe, & reges odiſſe ſuperbos.*

*Cicero ad Attic. lib.* VI. *Epiſt.* III. Omnino (ſoli enim ſumus) nullas vnquam ad me literas miſit Brutus; ne proximè quidem de Appio, in quibus non ineſſet arrogans, ἀκοινονόητον aliquid; tibi autem valde ſolet in ore eſſe, —— *Granius autem Non contemn. &c.* *Idem lib.* II. *Epiſt.* VIII. Ipſe vero [Curio] mirandum in modum, —— *reges odiße ſuperbos.*

180. *Quid? puto te in hoc aut riſiſſe, aut ingemuiſſe,*
*Vt frontem ferias.* ——

*Cicero ad Att. lib.* I. *Epiſt.* I. Competitores, qui certi eſſe videantur, Galba & Antonius, & Q. Cornificius. — *Puto te in hoc &c.*

181. *Diſpliceo mihi, nec ſine ſummo ſcribo dolore.*

*Cic. ad Att. lib.* II. *Ep.* XVIII. Sed de Repub. non libet plura ſcribere. *Diſpliceo mihi, nec, &c.*

182. **O domus antiqua, heu quam diſpari dominare domino.* *Hier. Colum. *O domus Anci, heu quam d. domino dominare.*

*Cicero de Officiis lib.* I. Aliter ampla domus dedecori ſæpe domino ſit, ſi eſt in eo ſolitudo: & maximè ſi aliquando alio domino ſolita eſt frequentari. odioſum eſt enim cùm à prætereuntibus dicitur: *O domus antiqua &c.* Quod quidem his temporibus in multis dicere licet. *Idem in* II. *aduerſ. M. Antonium*]: O tecta ipſa miſera? *quam diſpari domino* (quamquam quomodo iſte dominus?) ſed tamen quam à diſpari tenebantur? Studiorum enim ſuorum M. Varro voluit eſſe illud, non libidinum diuerſorium.

183. *Suſtineat currum, vt bonu' ſæpe agitator, equosq́.*

*Cic. ad Att. lib.* XIII. *Ep.* XXI. Inhibere illud tuum quod valde mihi arriſerat, vehementer diſplicet: eſt enim verbum totum nauticum. quanquam id quidem ſciebam: ſed arbitrabar Suſtineri remos, cum Inhibere eſſent remiges iuſſi. id non eſſe eiuſmodi didici heri, cum ad villam noſtram nauis appelleretur. non enim ſuſtinent, ſed alio modo remigant. id ab ἐποχῇ remotiſſimum eſt. quare facies, vt ita ſit in libro, quemadmodum fuit. dices hoc idem Varroni, niſi forte mutauit. nec eſt melius quicquam quàm vt Lucullus *Suſtineat currum, vt &c.* ſemperque Carneades προβολὴν pugilis, & retentionem aurigæ, ſimilem facit ἐποχῇ.

*ex emendatione Scal.

184. *Atque aliquos *ibus ab rebus clepſere foróque.*

*Varro lib.* VI. *de L. Lat. Clepſere* dixit, vnde etiam alij *Clepere*, id eſt, *Corripere*; quorum origo à *Clam*, vt ſit dictum Clapere, & ex e, a commutato, vt multa, eſt factum *Clepere*. Poteſt & à Græco dictum, κλέπτειν.

185. *Tantidem quaſi fœta canes ſine dentibu' latrat.*

*Varro lib.* IV. *de L. Lat.* Vtrum primum *Vna Canis* an Canes ſit appellata. Dicta enim apud veteres *Vna Canes*.

186. *Non fruſtillatim, nec minutatim dari.*

*Nonius*: *Fruſtatim & Fruſtillatim* per fruſta, vt minutatim.

187. *Priuerno Oufentina venit, fluuióq́ Oufente.*

*Feſtus*: *Oufentinæ Tribus* initio cauſſa fuit nomen fluminis *Oufens*, quod eſt in agro Priuernate, inter in mare & Terracinam. Poſtea deinde à Cenſoribus alij quoque diuerſarum ciuitatum eidem tribui ſunt adſcripti.

188. *Græcia Sulpicio ſorti data, Gallia Cottæ.*

*Iſidorus Orig. lib.* I. *cap.* XXXV. Zeugma eſt clauſula, cùm plures ſenſus vno verbo clauduntur, quæ fit tribus modis. Nam aut in primo; aut in poſtremo, aut in medio id verbum ponitur. In primo, vt, Vertitur œnophoris fundus, ſententia nobis. in medio, vt, *Græcia Sulpicio ſorti &c.*

189. *Ructantur iuuenes, & ſputis omnia fœdant.*

*Nicol. Perottus in Martialem ad Epigr* CXVI. *in Feſcenniam.*

190. ——— *Ore ſalem exſpirauit amarum.*

*Hieron. Columna in Explicationib. fragmentor. Ennij.*

191. ——— *quanquam fuit ipſe.*

*Cicero ad Att. lib.* IV. *Ep.* VII. Quid enim verêris quemcunque hæredem fecerit? niſi Publium fecit. verum fecit non improbum, *quanquam fuit ipſe.*

* ex reſtitutione Franc. Iunij vide Notas.

192. ——— * *clopo*
*Subſidio occurrat.* ———

*Cic. ad Att. lib.* XII. *Ep.* III. Ac vereor, ne iſte auctionem nullam faciat: ſed ludis factis —— *cloppo Subſidio occurrat*, ne talis vir ἀλογηθῇ ſed μελήσῃ.

193. ——— *næ ridiculè mihi cillus.*

*Cic. ad Att. lib* XIII. *Ep.* XLIX. Ad Cæſarem quam miſi epiſtolam, eius exemplum fugit me tum tibi mittere: nec id fuit, quod ſuſpicaris, vt me puderet tui —— *næ ridiculè mihi cillus.* Nec mehercule ſcripſi aliter, ac ſi πρὸς ἴσον ὅμοιον que ſcriberem.

C. LVCILII



# C. LVCILII
## Quæ ſuperſunt
## EX LIBRO I. SATYRARVM
## RELIQVIÆ.

*

SERVIVS in X. *Æn. Virgilij ad illum locum: Accipite ergo animis, atque hæc mea figite dicta* ] *Totus hic locus de Primo Lucilij tranſlatus eſt, vbi inducuntur Dij habere conſilium, & agere primò de interitu Lupi cuiuſdam Iudicis rei, poſtea ſententias dicere.* Sed hoc, quia indignum erat Heroico carmine, mutauit Virgilius; & induxit primo Iouem loquentem de interruptis fœderibus, cuius orationem interrupit Venus: poſt ſecuta Iunonis verba ſunt, quibus redarguit Venerem.

*

1. *Conſilium ſummis hominum de rebus habebant.*

*Seruius in* IX. *Æn. ad illum verſum Virg. Conſilium ſummis regni de rebus habebant.* ] Lucilij verſus eſt vno tantum ſermone mutato.

*Ita reſtituo hos verſus.

2. **Vellem concilio veſtrum, quod dicitis, olim*
*Cælicolæ; vellem inquam adfuiſſemu' priore*
*Concilio,* ———

*Iul. Rufinianus de figuris ſententiarum & elocutionis*: Epanalepſis repetitio ſententiæ propter aliam neceſſariam cauſſam, non vt fit in figuris elocutionis. ſic apud Lucilium: *Vel concilio veſtrum quod dicitis olim Cælicolæ adfuiſſemus priore Concilio.*

3. *Vt nemo ſit noſtrûm, quin pater optimu' Diuum,*
*Vt Neptunu' pater, Liber, Saturnu' Pater, Mars,*
*Ianu', Quirinu' pater, *nomen dicatur ad vnum.*

*ſ. *omnes dicantur*, vel potius, *omnes dicamur.*

*Lactantius lib.* IV. *cap.* III. *Diuin. Inſt.* Multorum autem Deorum cultus non eſſe ſecundum naturam, etiam hoc argumento colligi poteſt, & comprehendi. Omnem Deum, qui ab homine colitur, neceſſe eſt inter ſolemnes ritus & precationes *Patrem* nuncupari, non tantum Honoris gratia, verum etiam rationis; quod & antiquior eſt homine, & quod vitam, ſalutem, victumque præſtat, vt Pater. Itaque vt *Iupiter* à precantibus *Pater* vocatur, & *Saturnus* & *Ianus* & *Liber*, & cæteri deinceps, quod Lucilius in Deorum Concilio irridet.

4. ——— *Tubulus ſi Lucius vnquam,*
*Si Lupus, aut Carbo, aut Neptuni filiu' * Diuos*
*Eſſe putaſſet, tam impius, aut periuru' fuiſſet?*

*Ita puto ſcripſiſſe Lucilium, vel potius — *vllos Diuos eſſe putauiſſet, ſic impius vnquam, Aut periuru' fuiſſet.* —

*Cicero de Natura Deor. lib.* I. Quid de ſacrilegis, quid de impiis periuriſque dicemus? —— *Tubulus ſi Lucius vnquam, Si Lupus, aut Carbo, aut Neptuni filius*, vt ait Lucilius, *putaſſet eſſe Deos, tam periurus, aut tam impius fuiſſet?*

5. Quopacto

* al. potiſſit. f. ſint.

5. *Quopacto populum atque vrbem ſeruare* potiſſit*
*Ampliu' Romanam.* ———

Chariſius lib. II. Amplius.

*Ita reſtituo hos verſus.

6. ——— *vt multos menſesq́ dieśq,*
*Non tamen ætatem tempeſtate hac ſceleroſi*
*Lætentur.* ———

Donatus in Eunuchum Act. IV. Sc. V. ad illa Terentij: *Iamdudum ætatem lites ſunt inter eos factæ maxima.*] Iamdudum ætatem pro longinquo tempore. Lucilius — *vt multum menſesq́ diesq́ Non tamen ætatem.* Nonius: *Sceleroſi* pro ſcelerati. Lucilius lib. I. *Non tamen ætatem tempeſtatem hanc ſceleroſi Mirentur.*

7. *Hæc vbi dicta dedit, pauſam facit ore loquendi.*

Nonius: *Pauſa* eſt quies alicuius rei.

* ita conſtituendum puto hunc verſum.

8. * *Nec ſi Carneaden ipſum ad nos Orcu' remittat.*

Lactantius lib. V. cap. XV. Diuin. Inſt. Carneades Academicæ ſectæ Philoſophus, cuius in diſſerendo quæ vis fuerit, quæ eloquentia, quod acumen, qui neſcit, is ex prædicatione Ciceronis intelliget, aut Lucilij, *apud quem diſſerens Neptunus de re difficillima, oſtendit non poſſe id explicari, nec ſi Carneadem ipſum Orcus remittat.*

* f. quis l. ſoluat?

9. *Per ſatyram Ædilem factum * qui legibu' ſoluat.*

Diomedes lib. III. cap. VI. Alij dictam putant Satyram à Lege Satyra, quæ vno rogatu multa ſimul conpræhendat. quod ſcilicet & Satyra carmina multa ſimul & poëmata compræhendat, cuius Legis Lucilius meminit in primo: *Per ſatyram &c.*

10. *Cui, ſi coniuret, populus vix totu' ſatis ſit.*

Chariſius lib. II. Satis diuersè accipitur ἀντὶ τοῦ par.

* v. c. poteſſint.

11. *Munu' tamen fungi, & muros ſeruare * potiſſent.*

Nonius: Accuſatiuus poſitus pro ablatiuo.

12. *Si non amplius, ad luſtrum hoc protolleret vnum.*

Nonius: *Protollere* eſt differre.

* f. abducam.

*Ita Scal. P. Col. *cephaleáque, atarne.* Turn. *carnem & cephaleam.*

13. *Ad cœnam * adducam, & primùm hiſce abdomina thynni*
*Aduenientibu' priua dabo, * cephaleaq́ atarnæ.*

A. Gellius lib. X. cap. XX. Veteres *Priua* dixerunt, quæ nos ſingula dicimus. Nonius: *Priua* ſignificat ſingula.

* Scal. minuendo.

14. *Porrò quæcunque, & cuicunque, vt diximus ante,*
*Obſtiterit, primo hoc * minuendi refert res* ——

Nonius: Ablatiuus pro genitiuo.

15. ——— *vt contendere poſſem*
*Theſtiadas Ledæ, atque Ixionas Archilochio.*

Nonius: *Contendere*, ſignificat comparare.

16. *Has*



16. *Has res ad te ſcriptas, Luci, miſimus, Aeli.*

Auctor Rhetoricæ ad Herennium lib. IV. De ornamentis: Compoſitio eſt verborum conſtructio, quæ facit omnes partes orationis æqualiter perpolitas. Ea conſeruabitur, ſi verborum tranſiectionem vitabimus, niſi quę erit concinna; qua de re poſterius loquemur. quo in vitio eſt Lucilius aſſiduus, vt hoc eſt in priore libro: *Has res ad te ſcriptas, &c.*

17. *Quis leget hæc? min' tu iſtud ais? nemo hercule, nemo.*

Veteres Gloſſæ in Perſium Sat. I. ad illum verſum: *Quis leget hæc? min' tu iſtud ais? nemo hercule, nemo.*] Hunc verſum de Lucilij primo tranſtulit.

18. *Serpere vti gangræna mala, atque * herpeſtica poſſet.*

* Had. Iun. *herpes ita.*

Nonius: *Gangræna* eſt cancer.

19. *Vultus item vt facies, mors, * icteru' morbu', venenum.*

* ita Scal.

Nonius: Vultus & Facies hoc diſtant: *Vultus* eſt voluntas quæ pro motu animi in facie oſtenditur; *Facies* ipſa oris ſpecies.

20. *Infamem, * honeſtam, turpemq́ odiſſe popinam.*

*Had. Iun. *inhoneſtam,*

Nonius: Popinones, vel hi quos nunc dicimus Tabernarios, à Popinis; vel luxurioſos qui ſe popinis dedunt.

21. *Prætextæ, ac tunicæ Lydorum opu' * ſordidum omne.*

*al. *ſordidum id omne. i. ſordidulū omne.*

Nonius: *Tunica* eſt veſtimentum ſine manicis.

22. * *Pſilæ atque amphitapæ † villis ingentibu' molles.*

*Iſid. *Sipla*
† Scal. *molles cum ingentibu' villis.*

Nonius: *Amphitapæ* veſtes dicuntur vtrimque habentes villos. *Iſidorus Orig. lib. XIX. cap. XXVI. Sipla* tapeta ex vna parte villoſa, quaſi ſimpla. *Amphitapæ* ex vtrâque parte villoſa tapeta.

23. * *Irritata canes quod, homo quàm, planiu' dicit.*

* Ex reſtitutione Scalig.

Nonius: *Irritare* dictum eſt proprie prouocare: tractum à canibus, qui, quum prouocantur, irriunt. Donatus in *Adelphos Terentij, Act. II. Sc. IV. ad illa: ne ſi magis irritatus ſiet Aliqua hoc ad patrem permânet.*] Proprie de lenone, quem irritari dicit vt canem. nam *Irritari* proprie canes dicuntur. Lucilius de litera R. *Irritata canis quod homo quam plurima dictat.* Chariſius lib. I. Canes. Lucilius primo, *Irritata canes quam homo*, hoc quod Plinius dicit pro canis.

24. *Nodum in ſcirpo inſanè facere vulgus.*

Donatus in *Andr.* Ter. *Act. V. Sc. IV. ad illud: Nodum in ſcirpo quæris.*] *Scirpus* Paluſtris res & leuiſſima. Lucilius in primo: *Nodum in ſcirpo &c.* Eſt autem *Scirpus* ſine nodo, & leuis iunci ſpecies. alibi ipſe: Reddunt curaturâ iunceas. Plautus: Scirpea inducitur ratis.

25. *Et mercede * meret relligiones.*

*reſcribo, *merent legiones.*

Nonius: *Meret* humillimum & ſordidiſſimum quæſtum capit.

26. * *Miracula ciet thelephantes.*

* Had. Iun. *Miracla cient elephantes.*

Nonius: Mira & *Miracula* veteres pro monſtris & horrendis ponebant.

D 27 — *Aru-*

27. ——— *Arutænas & aquales.*

*Chariſius lib.* I. Nomina quædam ſunt principalia, quæ Plinius Secundus Sermonis dubij lib. VI. faciendi appellat, vt *Aqua:* ex quibus poſſeſſiua naſcuntur, quæ patiendi vocat, vt *Aquale.* nã Lucilius I. Satyrarum, *Arutænas,* inquit *& aquales,* non vt autumnal. Huius autem principale nomen eſt *Aqua:* quod verò patitur ac tenet aquam, *Aquale;* vt equile, ſedile, monile: & vt idem Plinius, *Aquale.*

28. *Vulturius.*

*Chariſius lib.* I. Vultur dixit Virgilius in VI. ſed & *vulturius* Lucilius in primo.

# QVÆ SVPERSVNT
## EX SATYRARVM
## LIBRO II.

*

1. *Quem cum vidiſſent Hortenſiu', Poſthumiusq́;,*
*Cæteri item in capulo hunc non eſſe, aliumq́; cubare.*

*Nonius:* *Capulum* dicitur, quidquid aliquam rem intra ſe capit.

* f. *hoſtibu' contra* f. opto

2. ——— * *hoſtilibu' contra*
*Peſtem pernitiemq́;, catax quam & Manliu' nobis.*

*Nonius:* *Catax* dicitur, quem nunc Coxonem vocant. *Idem:* *Pernicies* generis fæminini.

* f. *obductóque tenebris.*

3. ——— *quæ horis ſublata duabus*
*Omnia ſunt, ſole occaſo,* * *ductoq́;.* ———

*Priſcianus lib.* IX. Ab occido *occaſus* pro ὁ δυσμαῖς

* Scal. *In viriatum*

4. * *Iniuriatum hunc in fauces inuâſſe, animamq́;*
*Eliſiſſe illi.* ———

*Nonius:* *Elidere* excludere ſignificat.

* Scal. *Nunc Nomentani quæ ex teſtibus ipſe r. Exculpi.* † al. *edicam*

5. * *Nunc nomen, iamq́; ex teſtibus ipſe rogando.*
*Exſculpo,* † *hæc dicam.* ———

*Nonius:* *Exſculpere* eſt extorquere.

* Fr. D. *quæque*

6. *Quæ nunc Aemilio præcanto atque exigo* * *atque*
*Excanto.* ———

*Nonius:* *Excantare* ſignificat excludere.

* f. *& vagat,*

7. *Non dico vincat licet* * *& vagus exulet, erret*
*Exlex.* ———

*Nonius:* Illex & *Exlex* eſt qui ſine lege viuit.

8. *Nunc*



8. *Nunc Prætor tuus eſt, meu' ſi diſceſſerit horno*
* *Gentili.* ———

* f. *Gentilis.* f. crit.

*Donatus in Andr. Act.* V. *Sc.* VI. *ad illud Ter. Tuus eſt nunc Chremes.* ] Lucilius in ſecundo: *Nunc Prætor* &c.

9. *Si natibus natricem impreſſit craſſam & capitatam.*

*Nonius:* Natrices *dicuntur angues natantes.*

10. *Stultè ſaltatum te inter veniſſe cinædos.*

*Nonius:* *Cinædi* dicti ſunt apud veteres ſaltatores, vel pantomimi ἀπὸ τοῦ κινεῖν * τὸ σῶμα.

* al. τὰ κῶλα.

* al. *tardi, rarique*

11. *Succuſſatoris* * *tetri, tardiq́; caballi.*

*Nonius:* *Caballus.* *Idem:* *Succuſſare* eſt ſurſum frequenter excutere.

* al. *impuratus,*

12. *Homo* * *impudicus & impunè eſt rapinator.*

*Nonius:* *Impunè* quod eſt impudenter. *Idem:* *Rapinatores,* pro raptoribus.

* al. *Strophia & aurati ricini*
† Lud. Carr. *ricæ*

13. * *Ricini & aurati,* † *cicæ & oraria mitræ.*

*Nonius:* *Ricinum.*

* Scal. *quò conijcis iſtud?*

14. *Quid dicis? cur eſt factum,* * *quod coniicis iſtuc?*

*Nonius:* *Coniicere,* furari, auferre.

15. *Quî te, Nomentane, malum, iam cætera perdat.*

*Donatus in Phorm. Act.* I. *Sc.* II. *ad illud Terentij: Quî illum Dij omnes perduint.*] Quî, vtinam eſt, vt Lucilius in ſecundo, *Qui te Nomentane* &c.

* f. *Cum*

16. * *Tum farto omnia ſunt circumlata.* ———

*Nonius:* *Circumferre* eſt propriè luſtrare.

17. ——— *in vulgam penetrare piloſam.*

*Nonius:* *Vulga* capacitas, vel ſinus cum laxitate.

* al. *homini*

18. ——— *vix viuo* * *homine ac monogrammo.*

*Nonius:* *Monogrammi,* dicti ſunt homines macie pertenues ac decolores: tractum à pictura, quæ prius, quam coloribus corporatur, vmbra fingitur.

* f. *haſce*

19. *Duceret* * *has greges.*

*Chariſius lib.* I. Fæminina omnia monoſillaba ſunt, excepto, *grege,* & *rege,* quorum alterum ex diuerſo genere conſtat. nam Lucilius in II. *Duceret has g.* fæminino genere dixit.

20. ——— *Vt iure peritus.*

*Chariſius lib.* I. Iuris conſultus dici debet, non Iureconſultus: licet Cicero pro Muræna ita dixerit, & Lucilius in II. *Vt iure p.* &c.

21. ——— *luſtratu', piatus.*

*Nonius:* *Luſtrare,* expiare.

* Scal. *Noctulugus.* v. c. *noctiluga*

22. * *noctiluca* .·. *medica* .·.·.

*Feſtus:* *Noctilucam* Lucilius cùm dixit, lib. 2. obſcænum ſignificat.

D 2 QVÆ

# QVÆ SVPERSVNT EX SATYRARVM LIBRO III.

*

*Porphyrion in Horat. lib.* I. *Sat.* V. *Lucilius libro* III. *deſcripſit iter ſuum, quod Româ fecit Capuam, & inde ad fretum vſque Sicilienſe.* Hunc imitatus Horatius iter ſuum ab vrbe Roma deſcripſit Brunduſium vſque, commemorans eius itineris incommoda.

*Idem Sat.* X. *lib.* I. *ad illa Hor. Nil comis Tragici mutat Lucilius Accî? Non ridet verſus Ennî grauitate minores.*] Comis Lucilius propter vrbanitatem dicitur, & mutat pro eo quod emendat poſitum eſt. Facit autem Lucilius cum alias, tum vel in Tertio libro & Nono & Decimo.

*

*Ex reſtitutione Scalig.

1. * *Millia porrò bis quina octoginta videbis*
*Commoda de Capuâ. Hinc quinquaginta atque bis octo.*

*Nonius:* *Commodum*, integrum, totum.

*Scal. *A portâ mile,*

2. * *Ad portam mille, à portâ eſt ſex inde Salernum.*

*A. Gellius lib.* I. *cap.* XVI. *Mille* numero ſingulari dictum eſt. neque hoc, vt quidam putant, vetuſtati conceſſum eſt, aut per figurarum concinnitatem admiſſum eſt: ſed ſic videtur ratio poſcere. *Mille* enim non pro eo ponitur, quod Græce χίλιοι dicitur, ſed quod χιλιάς: & ſicuti vna χιλιάς, & duæ χιλιάδες; ita *unum mille* & *duo millia* certâ atque directâ ratione dicitur. *Macrobius Saturnal. lib.* I. *cap.* V.

3. *Inde Dicæarchum populos, Delumq́ minorem.*

*Feſtus: Minorem Delum* Puteolos eſſe dixerunt, quod Delus aliquando maximum emporium fuerit totius orbis terrarum, cui ſucceſſit poſtea Puteolanum, quod municipium Græcum ante *Dicæarchia* vocatum eſt, vnde Lucilius: *Inde Dicæarchum* &c.

*f. *Campanam Capuam.*

4. * *Campanâ Capuâ.* ———

*Porphyrion in Horat. lib.* I. *Sat.* VI. *Mala luſtra* dixit perpetuo epitheto; nec enim ſunt bona, vt ad eorum diſcretionem mala dixerit. Sic & à Plauto; Athenis Atticis; & à Lucilio: *Campanâ Capuâ.*

5. ——— *longè tria milia paſſuûm.*

*Chariſius lib.* II. *Longè* pro præcipuè maximè.

*al. *Verum hic ludus vbi,*
*lego, *Suſque hæc deque*
*f. *fines,*

6. * *Verum hæc ludus ibi, ſuſque omnia deque fuerunt,*
* *Suſque & deque fuêre (inquam) omnia, ludu' iocuſq́:*
*Illud opus durum vt Setinum acceſſimu'* * *finem;*
Αἰγίλοποι *montes Aetnæ omnes, aſperi Athones.*

*Gellius lib.* XVI. *cap.* IX. Significat autem *Suſque deque ferre* animo æquo eſſe, & quod accidit non magni pendere, atque interdum negligere & contemnere; & propemodum id valet, quod dicitur Græcè ἀδιαφορεῖν





7. * *Præterea omne iter hoc eſt laboſum atque lutoſum.*

*f. *Præterea hoc iter omne laboſum eſt atque lut.*

*Nonius:* Ab eo, quod eſt *Labes Laboſum* facit non laborioſum.

8. *Porrò homines nequam malus vt quartariu', cippos*
* *Colligere omnes* ———

*Scal. *Colliſere omnes.*

*Feſtus: Quartarios* appellabant antiqui muliones mercenarios, quod quartam partem quæſtus capiebant.

9. *Mantica cantherî coſtas grauitate premebat.*

*Porphyrion in Horat. lib.* I. *Sat.* VI. *ad illum verſum: Mantica cui lumbos onere vlceret, atque eques armos.*] *Mantica* pera eſt, ſed hoc ex Luciliano illo ſumtum eſt: *Mantica cantherî* &c.

10. * *Promontorium remis ſuperamu' Mineruæ*

*Scal. *Promontorî imum.* f. *Promontoriolum*

*Seruius P. Danielis Aurelij.*

11. *Quattuor hinc Silari ad flumen, portumq́ Alburnum.*

*Probus in* IV. *Georg. Virg. ad illa: Eſt Lucos Silari circa, ilicibusq́ virentem Plurimus Alburnum volitans.*] Silarum flumen eſt Lucaniæ; Portus Alburnus, & eius nominis mons ad ſextum à primis tabernis. Mentionem facit Lucilius hoc verſu: *Quattuor hinc Silari* &c.

12. *Hinc mediâ remis Palinurum peruenio nox.*

*Seruius P. Danielis.*

13. ——— *& ſæpe quod ante*
*Optaſti, freta Meſſanæ, & Rhegina videbis*
*Mœnia, tum* Liparam, & Faſceliti' templa Dianæ.*

*ita leg.

*Probus de vitâ Virgilij & Bucolici carminis ratione.* Oreſtes poſt paricidium furens, reſponſo didicit quod deponeret furorem ita demum, ſi recuperatâ ſorore Iphigeniâ ablueretur fluuio, qui ſeptem fluminibus confunderetur. Diu vexatus, cum in Taurica Iphigeniam reperiſſet: venit ad fines Rheginorum; ibique inuento flumine elutus traiecit in Siciliam: & iuxta Syracuſas à ſomnio admonitus, ſimulacrum Deæ, quod ſecum de Tauricâ aduexerat, templo poſito conſecrauit, quam appellauit *Faſcelitim*: ſiue quod faſce lignorum tectum de Tauricâ ſimulacrum extuliſſet. *Faſcelitis* autem *Diana* Lucilius quoq. in tertio Satyr. meminit ſic: — *& ſæpe quod* &c.

14. *Hic** * *ſummi ſuperat carcheſia mali.*

*Nonius: Carcheſia* alias ſumma pars mali. Item foramina quæ ſummo mali funes recipiunt.

15. ——— *Viamq́.*
* *Vis degrumari, vt caſtris menſor facit olim.*

*v. c. *Degrumari vis,* f. *Degrumarier, vt caſtris.* P. Mer. *Degrumaris, vt in*
*Scal. *via recta.*

*Nonius: Grumæ* ſunt loca media, in quæ directæ quatuor congregantur & conueniunt * viæ. Eſt autem *gruma* menſura quædam, qua flexæ viæ ad lineam diriguntur, vt eſt agrimenſorum & talium.

16. — *& ſpatium curando corpori honeſtum*
*Sumemus.* ———

*Nonius: Sumere* etiam ſignificat eligere.

17. *Oſtrea nulla fuit, non purpura, nulla peloris.*

*Nonius:* *Oſtrea* generis fæminini.

18. *Aſparagi nulli.* ———

*Chariſius lib.* I. Sicut & faſces dicuntur *aſparagi*, quamuis *aſparagos* pluraliter dicamus.

19. ——— *ergo*
*E ſomno pueros cum mane expergitu' * clamo.*

* al. *clamas.*

*Diomedes lib.* I. *Expergor, expergitus.* Sed is *expergitus* dicitur, qui excitatùs à ſomno ſponte vigilat; vnde & Lucilius: — *ergo E ſomno* &c. *Priſcianus lib.* X. *Expergitus* ſecundum vetuſtiſſimos ab *expergiſcor.*

20. *Cernuus extemplò plantas conueſtit honeſtas.*

*Nonius:* *Cernuus* dicitur proprie inclinatus, quaſi quod terram cernat.

21. ** Broncus † nouit lanius, dente aduerſo, eminulo, * hic eſt Rhinoceros velut Æthiopus.* ———

* Turn. *Bronchu' bouillanus.* P. Mer. *Bronchu', nouus lanius,*
† Had. Iun. *ouat* f. *obit*
* Fr. D. *hoc eſt*

*Nonius:* *Bronci* ſunt producto ore, & dentibus prominentibus. *Priſcianus lib.* VI. *Æthiopus* pro Æthiops.

22. ——— ** ille alter abundans*
*Cum ſeptem incolumis pinnis redit ac recipit ſe.*

* ita reſtituo. Vide Notas.

*Donatus in Phorm. Terent. Act.* I. *Sc.* III. *ad illud: Amore abundas Antipho.*] *Abundare* dicitur, qui ſucceſſu proſpero affluit. Lucilius libro III. — *ille alter abundans Cũ ſeptem in locum Hiſpanis r.a.r.p.* *Vetus Commentarius in Iuuenal. lib.* I. *Sat.* III. *ad illum locum: — inter Pinnirapi cultos iuuenes.*] Pinnis pauonum ornari ſolent gladiatores, ſi quando ad pompam deſcendunt. Pinnirapes autem dicit laniſtas ex habitu gladiatorum: quia poſt mortem retiarij pinnam, id eſt, manicam rapit, vt oſtendat populo ſe viciſſe. aut ideo pinnirapes, quia pinnas in galeis habebant, vt Lucilius: *Cum ſeptem incolumis* &c.

23. *Romanis ludis forus olim ornatu' lacernis.*

*Nonius.* *Forus* generis maſculini. *Chariſius lib.* I. Maſculinè autẽ *fori* tabulata nauiũ & ſemper pluraliter, quamuis Gellius *fora nauiũ* neutraliter dixerit, & Lucilius *negociorum forum* maſculine extulerit libro III. — *forus olim orn. l.*

24. *Symmachu' præterea iam tum depoſtu' bubulcus*
** Exſpirans animam pulmonibus æger agebat.*

al. *Exhalans*

*Nonius:* *Deponere* eſt deſperare, vnde & *depoſiti* deſperati dicuntur. *Idem:* *Expirare* dictum eſt, vel ab ſpiritu effuſo, vel à ſpiraminibus.

25. *Crebræ vt ſcintillæ, in ſtricturis quod genus olim*
*Feruenti ferro.* ———

*Nonius:* *Strictura* dicuntur propriè ſcintillæ, quæ de ferro feruenti exeunt, quod aut ſtrictè emittantur, id eſt, celeriter, aut oculos ſui fulgore præſtinguant.

26. *Non*



26. *Non peperit, verũ m poſticâ parte * profundit.*

* al. *profudit.*

*Nonius:* *Poſticam* fæminino genere conſuetudine appellamus.

27. ** Conturbare animam potis eſt, † quicumque adoritur.*

* al. *Conturbari*
† f. *quemcunque*

*Priſcianus:* *Adoriri.*

28. ——— ** laboſas*
*Tantalu' qui pœnas ob facta nefantia * luuit.*

*ita reſtituo
*al. *pendit*

*Nonius:* Ab eo quod eſt *labos laboſum* facit, non laborioſum Lucilius: *Tantalus laboſas pœnas.* *Idem:* *Nefantia* pro nefanda. Lucilius Satyr. lib. III. *Tantalu' qui pœnas* &c.

29. *Vertitur œnophoris fundus, ſententia nobis.*

*Nonius:* *Sententia*, ſenſibilitas. *Iſidorus Orig. lib.* I. *cap.* XV. Zeugma eſt clauſula, cum plures ſenſus vno verbo clauduntur, quæ fit tribus modis. Nam aut in primo, aut in poſtremo, aut in medio id verbum ponitur quod ſententias iungit. In primo, vt: *Vertitur œnophoris* &c. *Idem lib.* XX. *cap.* VI. *Veteres Gloſſæ in Perſ. Sat.* V. *Oenophorum* vas vinum ferens. οἶνος enim vinum eſt, de quo eſt illud: *Vertitur œnophoris* &c.

30. *Illud ad incita cum redit atque internecionem.*

*Nonius:* *Incitas* dicitur egeſtas.

31. *Exhalat placidos tum demum pectore ructus.*

*Nonius:* *Ructus* à ructando dictus.

32. *Malas tollimu' * nos atque vtimur rictu.*

*. v. c. *animo*

*Nonius:* *Rictum* ferarum dici volunt, cum Lucilius etiam auctor ſit hominis dici debere.

33. *Caupona hîc tamen vna Syra.*

*Priſcianus lib* VI. *Caupona* fæminini generis à *caupo.* vt à leo leæn

34. ——— *ſtudent hi ligna videre.*

*Chariſius lib.* I. *Ligna* pluraliter dicit.

35. *Et puluino fultus.*

*Seruius P. Danielis.*

36. *Vt pote.*

*Chariſius lib.* II.

QVÆ

# QVÆ SVPERSVNT EX SATYRARVM LIBRO IV.

*

*Veteres Gloſſæ in Perſij Satyr.* III. *Hanc Satyram poëta ex Lucilij libro quarto tranſtulit, caſtigantis diuitum luxuriam & vitia.*

*

1. *O lapathe, vt iactêre neceſſe eſt, cognitu' cuî ſis.*
*In quo Læliu' clamores Sophos ille ſolebat*
* ita Scal. Turn. *gumias.* P. Merul. *glumias* *Edere, compellans * gumias ex ordine noſtros:*
*O Publi, ô Gurges Galloni, es homo miſer, inquit;*
* al. *iſto* *Cœnaſti in vitâ numquam benè, cum omnia in * iſta*
*Conſumis ſquillâ atque acipenſere cum decumano.*
*Læliu' præclarè & rectè Sophos, illaq; verè.*

*Cicero lib.* II. *de Finib.* Is hæc loquitur, qui in voluptate nihil ponens, negat eum *bene cænare,* qui omnia ponat in voluptate: & tamen non negat libenter vnquam cænaſſe Gallonium (mentiretur enim) ſed bene. Ita grauiter & ſeuere voluptatem ſecernit à bono.

2. *Quod ſumptum atque epulas victû præponis honeſto.*

*A. Gellius lib.* IV. *cap.* XVI. Lucilius in datiuo caſu *victû* dicit non victui.

*al. *Mœtino.* 3. *Nam quid * Mutino ſubrectoq; huîc opu' ſigno.*
* Scal. *— fartim Patrum* *Vt lurcaretur lardum, & carnaria * furtim*
*Parum conficeret.* ———

*Nonius: Lurcare* eſt cum auiditate cibum ſumere.

4. *Fingere præterea adferri quod quiſque volebat.*
*Illum ſumina ducebant, atque altilium lanx,*
* ita lego. *Hunc pontes * Tiberinu' duo inter captu' catillo.*

*Macrobius Saturn. lib.* III. *cap.* XVI. Sed & Lucilius acer & violentus Poëta, oſtendit ſcire ſe hunc piſcem egregij ſaporis qui inter duos pontes captus eſſet; eumque quaſi ligurritorem *Catillonem* appellat. Scilicet qui proximè ripas ſtercus inſectaretur. Proprie autem *Catillones* dicebantur, qui ad polluctum Herculis vltimi cùm venirent, catillos ligurribant.

5. *Illi præciſo atque epulis capiuntur opimis.*

*Nonius: Præciſum* & Omaſum partes carnis & viſcerum.

Ex emendatione Scal. 6. ** Tunnos captato, cordulum exclude: minores*
*Occidunt, Lupe, ſaperdæ te, & iura Siluri:*
* Turn. *Sumina te,* **Sumen te, atque amia.* ———

*Varro de Ling. Lat. lib.* VI. Piſcium nomina ſunt, eorumq. in Græciâ origo.





7. ——— *Vinum* Ita verſus hos conſtituendos cenſeo.
*Defuſum quibus è pleno ſiet œnophoro, cuî*
*Nil dempſit hir, & cuî ſacculus abſtulerit nil.*

*Cicero de Finib. lib.* II. Nemo noſtrum iſtius generis aſotos iucundè putat viuere. mundos, elegantes, optimis cocis, piſtoribus, piſcatu, aucupio, venatione, his omnibus exquiſitis vitantes cruditatē, *quibus vinum * defuſum è pleno ſit † œnephoro,* vt ait Lucilius, *cui nihil demſit * nix, nec ſacculus abſtulerit.* *al. *diffuſum* † v. c. *hir, ſiphon* * v. c. *vis & ſacculos abſtul.* Scal. *vires ſaculus abſt.* vide Not.

8. ——— † *editq; bibitq;* † ita puto ſcripſiſſe Lucilium
*Iucundè atque ἀδεῶς: nec ſolum id, ſed bene cocto, &*
*Condito ſermone * bono, & (ſi quæri') libenter.* * malim, *benè,*

*Cicero ad Att. lib.* XIII. *epiſt.* L. Itaque & *edit & bibit ἀδεῶς, iucunde:* opiparè ſanè & apparatè: *nec id ſolum, ſed bene cocto, & condito ſermone bono & (ſi quæri') libenter.* *Idem de Finibus lib.* II. Ita grauiter & ſeuere voluptatem ſecernit à bono; ex quo illud efficitur, qui benè cænent omnes libenter cænare: qui libenter, non continuo bene. * Quid bene? dicit Lucilius *Cocto & condito;* * f. *Quid? bene, dicit* ſed cedo caput cœnæ, *ſermone bono*; quid ex eo? *ſi quæri', libenter.* Veniebat enim ad cænam, vt animo quieto ſatiaret deſideria naturæ.

9. *Viuite lurcones, comedones, viuite ventres.*

*Donatus in Phorm. Act.* V. *Sc.* VI. *ad illud Terentij: Pugnos in ventrem ingere.*] Vrbanè in ventrem, quaſi paraſito. An ventrem totum paraſitum dicit? vt Lucilius in II, *Viuite lurcones &c.* *Nonius: Lurcones* dicti ſunt à lurcādo. *Lurcare* eſt cum auiditate cibum ſumere.

10. *Aeſerninu' fuit, * Flaccorum munere, quidam* * ita Turn. & Lipſius ex vet. codicis veſtigiis. Ha. Iun. *flacco ore Amunius' quidam,*
*Samnis, ſpurcus homo, vitâ illâ dignu' locoq;*
*Cum Placideiano hic componitur, optumu' * longè* *al. *multò*
*Poſt homines natos gladiator qui fuit vnus.*

*Nonius: Spurcum,* ſæuum vel ſanguinarium. *Idem: Componere* rurſus ſignificat comparare. *Cicero de optimo gen. orator.* A me autem (vt cum maximis minima conferam) gladiatorum par nobiliſſimum inducitur. Æſchines tanquam *Æſerninus,* vt ait Lucilius, non ſpurcus homo, ſed doctus & acer: *Cum Placidiano componitur, optimu' longè Poſt homines natos.* *Idē Tuſcul. Quæſt. lib.* II. Quis mediocris gladiator ingemuit? quis vultū mutauit vnquam? quis non modo ſtetit; verum etiam decubuit turpiter? quis cum decubuiſſet, ferrum recipere iuſſus, collum contraxit? tantum exercitatio, meditatio, conſuetudo valet. ergo hoc poterit *Samnis ſpurcus homo, vitâ illâ dignu', locoq;*: Vir natus ad gloriam, vllam partem animi tam mollem habebit, quam non meditatione & ratione corroboret? *Idem in Oratore:* Quin autem quod iam ſubruſticum videtur, olim autem politius, eorum verborum, quorum eædem erant poſtremæ duæ literæ, quæ ſunt in *Optumus* poſtremam literam detrahebant niſi vocalis inſequebatur. Ita non erat ea offenſio in verſibus, quam nunc fugiunt noui Poëtæ. Ita enim loquebamur, — Qui eſt omnibu' princeps. non omnibus princeps. &, — *Vitâ illâ dignu' locoq;*. non dignus. *Quintilianus Inſt. orat. lib.* IX. *cap.* IV. Nam neque Lucilium putant vti eâdem vltimâ, quum dicit, *Serenu' fuit,* & — *dignu' loco.*

11. *Occidam illum equidem,& vincam, ſi id quæritis, inquit:*
*Verum illud credo fore, in os prius * accipiam ipſe*
*Quam gladium in ſtomacho, ſurâ ac pulmonibu' ſiſto.*
*Odi hominem; iratus pugno; nec longiu' quidquam*
** Nobis, quàm dextræ gladium dum accommodat alter:*
*Vſque adeò ſtudio, atque odio illius efferor irâ.*

* Scal. *accipiam ipſe, Quam gladium ſtomacho, ſicam pulmonibu' ſiſto.*
ſ. *accipiam, ipſi*

*al. *Vobis*
Scal. *Votis, quam gladium dextræ duus accommodet alter.*

Cicero *Tuſculan. Quæſt. lib.* IV. An vero vir fortis niſi ſtomachari cæperit, non poteſt fortis eſſe? Gladiatorium id quidem eſt. Quanquam in eis ipſis videmus ſæpe conſtantiam. Colloquuntur, congrediuntur, aliquid poſtulant, vt magis placati, quàm irati eſſe videantur. Sed in illo genere ſit ſane Placidianus aliquis hoc animo, vt narrat Lucilius: *Occidam illum equidem* &c.

12. ——— *quamuis bonus ipſe*
*Samnis in ludo, ac rudibus * cuiuis ſatis aſper.*

*al. *cauſſa*. Lipſ. *ciuis*

Cicero *de Oratore lib.* III. Magiſter hic Samnitium ſummâ iam ſenectute eſt, & quotidie commentatur: nihil enim curat aliud, * atque ea, quæ velocius pueraddidicerat: ſed quod erat aptus ad illud totumque cognorat, fuit, vt eſt apud Lucilium: — *Quamuis bonus* &c.

*Turn. *at Q. Velocius puer*

13. *Quod ſi nulla poteſt mulier tam corpore duro*
*Eſſe, tamen * tenero maneat ſuccuſſa lacerto,*
*Et manus † vberior lactanti in ſumine ſidat.*

*al. *tenero moueat*
Lipſ. *tenerom moueat ſuccuſſa lacertō, Et manus vlterior,* vel, *vnterior*
† ſcal. *liberior*

*Nonius*: *Sumen* propriè à ſugendo dictum. Nam & mulieris mammam *Sumen* veteres dicebant.

14. ** Tiſiphone reſidet pulmonibus, atque † ad id vnguen*
*Excoctum attulit Eumenidum ſanctiſſima Erinnys.*

*Ita Had. Iun. ex ms. c. emendauit.
†ſ. *adeò vnguen*

*Nonius*: Sebum, & *Vnguentum* habent hanc diuerſitatem. Sebum fit ex adipe ruminantium.

15. *Aſſequitur * nec opinantem; in caput inſilit; ipſum*
*Commanducatur totum complexa, comeſtque.*

*lego *neque*

*Nonius*: *Commanducatur*. *Idem*: *Comeſt* pro comedit.

16. *Hæret verticulis adfixum in poſteriore*
*Parte, atque articulis, vt nobis talu' genuſque.*

*Nonius*: *Genu* maſculini generis. *Feſtus*: *Verticulas* cùm dixit Lucilius, articulos intelligi voluit.

17. *Hi præ ſe portant ingentes munere piſces*
*Triginta numero.* ———

*Seruius P. Danielis.*

18. *Tu partem laudis caperes, tu gaudia mecum*
*Partiſſes* ———

*Nonius*: *Partiret* pro partiretur.





19. ——— *ne agitarem*
*Nam tu peſſulus, hunc vectem * poſtis cuneo ipſo.*

*ſ. *poſtis*

*Nonius*: *Vectis* generis maſculini.

20. *Longior hic quam grus, * grue totâ cum volat olim.*

*ſ. *grege*

*Nonius*: *Grus* genere feminino.

21. ** Concurſaret † agros, catulos, fœtumque ferarum.*

*Frut. *concuſſaret*
† Scal. *apros*, ſ. *agens*

*Nonius*: *Catuli* non ſolum canum diminutiue, verum omnium animalium appellantur.

22. *Quumque hic tam formoſus * homo, ac te dignu' puellus.*

*v. c. *tibi*,

*Feſtus*: *Puelli* per diminutionem à pueris dicti ſunt. *Nonius*: *Puellos*, pueros. *Priſcianus lib.* VI. *Puellus* & Puella.

23. ** Sufficit huic dum fulmentas quattuor addit.*

* Iſ. Caſaub. *Sufficit huic: clauis fulmentas q. a.*

*Nonius*: *Fulmenta* fœminino genere.

24. *Nam omnibus vnus dolor receptus labosque.*

*Seruius P. Danielis.*

25. ** Qui edit ſe, hic comedit me.*

*ſ. *Qui ſeſe edit, hic comedit me.*

*Priſcianus lib.* X. Vetuſtiſſimi *Edo, edis, edit*, dicebant correptâ primâ ſyllabâ.

26. *Obturſi ebrius.*

*Priſcianus lib.* IX. *Turgeo.*

# QVÆ SVPERSVNT EX SATYRARVM LIBRO V.

*

1. *Quo me habeam pacto, * tametſi non quæri' docebo.*
*Quando in eo numero mânsti, quo maxima nunc eſt*
*Pars hominum, vt periiſſe velis, quem nolueris, quum*
*Viſere debueris.* hoc Nolueris, & Debueris te*
*Si minu' delectat, quod * ἄτεχνον † Iſocration eſt;*
** Ὀχληρώδεις que ſimul totum ac συμμειρακιώδεις:*
*Non operam perdo. Si tu hic.* ∴

*ſ. *tamen & ſi haud*

*lego, *hoc Nol' & Debueris te*, more Ennij decurtatis verbis
* Scal. τεχνόν
† ſ. *Iſocrateum eſt*;
* Scal. *Ἀκρώδεις que ſimitu, tum συμμειρακιώδεις.*

*A. Gellius lib.* XVIII. *cap.* VIII. Ὁμοιοτέλευτα καὶ ἰσοκατάληκτα καὶ πάρισα καὶ ὁμοιόπτωτα, cæteraque huiuſcemodi ſcitamenta, quæ iſti ἀπειρόκαλοι qui ſe Iſocratios videri volunt, in collocandis verbis immodicè faciunt & rancidè, quam ſint inſubida & inertia & puerilia, facetiſſime herculè ſignificat in quinto Satyrarum Lucilius. *Nam vbi eſt cum amico conqueſtus, quod ad ſe ægrotum non viſeret; hæc ibidem addit feſtiniter: Quo me habeam pacto* &c.

* al. *poteſſet.*
* al. *poteſſe?*

2. *Nam ſi quod ſatis eſt homini, id ſatis eſſe * potiſſet,*
*Hoc ſat erat: nunc quum hoc non eſt, quî credimu' porrò*
*Diuitias vllas animum mî explere * potiſſe?*

*Nonius:* Multum & *Satis* diſtant; quod Multum infinitum eſt, Satis finitum. Auaris illud, hoc parcè ſe continentibus applicandum eſt.

* Turn. *Vt cum primitiis ficos*
Scal. *Sicuti quum ficus primus propola.*

3. ** Sicuti quum primos ficos propala recenteis*
*Protulit, & pretio ingenti dat primitu' paucos.*

*Nonius:* Dare, petere. *Idem:* Primitus pro primò.

* f. *Scriptoris*

4. *Si tam corpu' loco validum, ac regione maneret,*
** Scriptores quàm vera manet ſententia cordi.*

*Nonius Sententia,* ſenſibilitas.

f. — *Dic quæ te cogat vis ire minutim*

5. ** Dic quam cogitat vis ire minutim*
*Per commiſſuras rimarum nocti' nigrore.*

*Nonius:* Minutim pro minutè.

* Scal. *Samni ſole mihi in magno mærore, metúque, Triſtitiâ in ſummâ, creperâ in re inuentu' ſalutis.*
f. *Sanè tu ſolus magno in mærore metuque*
* *l. ſalute,*

6. ** Sanute ſoli mihi in magno mærore*
*Triſtitia in ſumma, creperaq́; inuentu' † ſalutis.*

*Nonius:* Crepera res proprie dicitur dubia.

7. *——— Hic ſolus vigilauit opinor*
*Et cùm id mî viſus facere eſt tum retia nexit.*

*Priſcianus lib.* I. *& lib.* IX. A *Necto, nexui* protulerunt plerique. Quidam tamen etiam *Nexi, Necto, nexi,* dicentes; & *nexus,* vt flecto, flexi, & flexus.

* Scal. *Conſilium faciſnt placeat, tu impunè luperis?*

8. *——— & Diuos thure precemur*
** Conſilium, fas ſi placet, tunc impunè ſuperbis.*

*Nonius:* Lupari vt ſcortari vel proſtitui.

* Ita diſpono verſus hos. Ios. Mercer. *Verum vnum cecidiſſe tamen ſene Tireſiai Æqualem cõſtat* ἀρχ. pro ſeni Tireſiæ.

9. *——— * Cecidiſſe ſenem veterum tamen vnum*
*Tireſiam æqualem conſtat.* ———

*Nonius:* Æquales ſunt ſimiles & ex æquo.

* al. *Spectes*

10. *Nec deſignati roſtrum Prætori', pedesq́;*
** Spectet* ———

*Nonius: Roſtrum* hominis dici non debere conſuetudo præſumpſit.

* al. *Lenius*
f. *Pauper ait lenius,*
Gifann. *Lenius paupetiem ac ſe ingentia m. f.*

11. ** Liuiu' pauperem ait ſe ingentia munera fungi.*

*Nonius:* Accuſatiuus poſitus pro ablatiuo.

12. *Lippus edendâ acri aſſiduo ceparius cæpâ.*

*Nonius: Cæpe* fæminini generis. *Priſcianus lib.* 6. Quamuis antiquiſſimi *Cepa* in a quoque ſingulari fæminino genere rectè protuliſſe inueniuntur; frequentior tamen vſus hoc *Cepe* protulit

13. *Intybu'*



13. *Intybu' præterea pedibus * perſerpſit equinis.*
* v. c. *perſerpit* f. *proſerpſit* Scal. *præſerpſit* al. *pratenſus.*

*Nonius: Intybus* generis maſculini. *Chariſius lib.* I. *Intyba* neutro genere Virg. dixit — & amaris intyba fibris. & ſic multi eruditorum; ſed & maſculino genere frequenter à veteribus dictum eſt. Nam Lucilius in quinto *deridens ruſticam cænam enumeratis multis herbis, Intybu' præterea* &c.

14. *Flebile cæpe ſimul, lacrimoſaq́; ordine * tallæ.*
* ita Scal. Had. Iun. *ſcillæ.*

*Nonius: Cæpe* generis neutri.

15. *Vrceus & geminâ longus miſtarius anſâ.*

*Nonius: Miſtarium* quo miſcemus.

16. *Macte inquam virtute ſimulq́; his verſibus eſto.*

*Nonius: Mactare,* magis augere.

17. *Deficit alma Ceres, nec plebes pane potitur.*

*Priſcianus. Potior.*

18. *Laſciuire pecus iuſſit roſtriq́; repandum.*

*Nonius: Pecus* non ſolum quadrupes animal, verum omnia animalia *pecudes* vocantur.

19. *Poſtquam præſidium caſtris educere * creuit.*
* al. *creuis*

*Nonius: Cernere* rurſum diſponere.

20. *Maior erat natu; non omnia poſſumus omnes.*

*Macrobius lib.* 6. *cap.* I. *Saturn. ad illud Virg.* Dicite *Pierides, nõ omnia poſſumus omnes.*

21. *Cuſtodem claſsis catapulta * inſtila ſariſſas.*
* Ha. Iun. *haſtile, ſariſſa.*
* f. *vt ſagitta.*

Nonius: Catapulta, iaculum celer * vel ſagitta.

22. *Poſsit ne elabi, an porrò prodenda dies ſit.*

*Nonius:* Prodere, differre vel excludere. *Donatus in Andr. Act.* II. *Sc.* II *ad illud Terentij: Vt aliquot ſaltem nuptiis prodat dies.*] *Prodat,* proferat, prolatet, differat. Lucil. in 5. An porrò prodenda dies ſit.

23. ** Scutam ligneolam cerebro † infixit.*
* f. *ſcutámque cerebro Ligneolã infixit.*
† Fr. D. *inſlixit.*

*Priſcianus lib.* 3. Hoc *Scutum,* vel hæc *Scuta,* id eſt, forma rotunda *Scutula* & *Scutella.*

24. *——— Interea ſtat ſentibu' pectus.*

*Nonius: Stat* etiam plenum eſt dicitur. *A. Gellius lib.* VIII. *cap.* IV. Quid illud ſit quod Virgilius, Cælum ſtare puluere, & quod Lucilius *pectus ſentibus ſtare,* dixerit.

25. *——— Et cruribu' crura*
*Dilaxat.* ———
Ita interpungo.

*Porphyrion in Horat. Sat.* II. *Lib.* I. *ad illum verſum: Hæc vbi ſuppoſuit dextro corpus mihi læuum.*] Hoc eſt quod Lucilius ait in quinto: *Et cruribu' crura* Dilaxat.

E 3

26 *Adi-*

25. *Adipatam pultem.*

*Chariſius lib.* I. Similiter & opus piſtorium, quod adipe conficitur, omni genere dici poteſt, & hic *adipatus*, quo intelligitur panis aut aliud aliquid, & hæc *adipata*, hoc eſt, pars, & hoc *adipatum*, opus ſcilicet. Nam & Lucilius quinto, *Adipatam* dicit fæminino genere, ſed illi ſubiungit, *pultem*.

27. *Fiſcina fallaci cumulo.* ———

*Seruius* P. *Danielis*.

# QVÆ SVPERSVNT EX SATYRARVM LIBRO VI.

*

1. *Cui neque iumentum eſt, nec ſeruus, nec comes vllus,*
*Bulgam, & quidquid habet nummorum, ſecum habet ipſe*
*Cum bulgâ cœnat, dormit, lauit: omnis in vnâ*
*Spes hominis bulgâ, hâc deuinćta eſt cætera vita.*

*Nonius*: *Bulga*, eſt folliculus omnis, quam & *crumenam* veteres appellarunt: & eſt ſacculus ad brachium pendens.

2. *Quem neque Lucanis oriundi montibu' tauri*
*Ducere protelo validis ceruicibu' poſſent.*

*Nonius*: *Protelare*, rurſus * adiuuare.

* Nic. Faber, *adiugare.*

3. * *Hic inquam rudet è roſtris atque* † *eiulitabit*
*Concurſans* * *vti arenarius clareq́ quiritans.*

* Turn. *Hæc eadem*
† Scal. *heilitabit*, *f. hinnilitabit*,
* Turn. *velut ancarius*,

*Nonius*: *Quiritare* eſt clamare, tractum ab iis, qui Quirites inuocant. *Varro lib.* VI. *de Ling. Lat.* Multa ab animalium vocibus tranſlata in homines: partim quæ ſunt aperta, partim obſcura. Perſpicua, vt Lucilij, *Hæc inquam rudet è roſtreis, atque hinnilitabat.*

4. ——— *Peccare impunè rati ſunt*
*Poſſe, & nobilitate facul propellere iniquos.*

*Nonius*: *Facul* pro faciliter. huic contrarium eſt difficulter.

5. ——— *Thaunomeno, inquit,* * *valua ſororem*
*Lanificam dici ſiccam atque abſtemiam vbi audit.*

* f. *balba*

*Nonius*: *Abſtemius*, qui vino abſtinet.

6. *Si hic veſtimenta eleuit luto, ab eo riſum magnum*
*ad cachinnum imprudens ſubiicis.*

f. *hic veſtimenta luto ſi Forte eleuit, ob id riſum magnum atq. cachinnum Subiicit imprudens.* —

*Nonius*: *Eleuit*, maculauit.

7. —* *Qui*



7. ———* *Quî te bonu' Iuppiter inquit*
*Craſſo Mutium quum cænabat dominum fortem.*

* Scal. — *qui te, bone Iuppiter, inquit, Mutiuit, quum cænabit, dominum fore Craſſo.* f. *Craſſo Mutiu' cùm cænas dominus forsi*—

*Nonius*: *Dominus* rurſus appellatur conuiuij exhibitor. vnde & *Domini ad conuiuia*.

8. *Verum & mercaturæ omnes &* * *quæſticuli iſti*
*Intuti.* ———

* Ita Scal.

*Nonius*: *Mercatura* fæminini generis habetur.

9. *Nequitia occupat* * *os, petulantia, prodigitasq́.*

* lego, *hos*

*Nonius*: *Prodigitas* dicta profuſio.

10. *Si noſti, non magnus homo eſt, naſutu', macellus.*

*Nonius*: *Macellus*, dictum pro macilentum, Lucilius probat.

11. * *Id ſolum aduerſa fortunæ,* * *reiq́ reſiſtit.*

* Io. Merc. *Eid* & *reque.*

*Nonius*: *Ablatiuus* pro genitiuo.

12. *Hortare* * *illorum ſi poſſim capi ſortiri*

* Scal. *illorſum, ſi poſſim captus oriri.*

*Nonius*: Genitiuus pro ablatiuo.

13. *Tres à Deucalione grabati reſtibu' tenti.*

*Nonius*: *Tenta* dictum pro extenſa.

14. * *Pluma atque amphitapæ, & ſi aliud quid delitiarum.*

* Fr. D. *Pluma*

*Nonius*: *Amphitapæ* veſtes dicuntur vtrimque habentes villos.

15. *Zonatim circa impluuium** *cineraris cludebat.*

* Scal. *cinerari' cludebat.* Lipſ. *cinerarios cludebat.* H. Iun. *cumerā is cludebat.*

*Nonius*: *Zonatim* per gyrum.

16. *Hoc tu aptè,** *credit quanquam latrina petiſſe.*

* f. *credis quemquam*

*Nonius*: *Latrina* genere fæmin. & eſt *lauatrina*, quod nunc balneū dicitur.

17. * *Pretium emit, qui vendit equum muſimonem.*

* lego, *Tradium*

*Nonius*: *Muſimones* aſini, muli, aut equi breues.

18. * *Suam enim inuadere atque innubere cenſent.*

* *Domum*, deſiderari videtur.

*Nonius*: *Innubere* poſitum pro tranſire, quod hæ, quæ nubunt, ad domos maritorum tranſeant.

19. ——— *non te porrò procedere porcent.*

*Nonius*: *Porcere*, prohibere ſæpius legimus.

20. ——— *Saluere iubere.*

*Nonius*: *Iubere* eſt velle.

21. * *Date bibere ab ſummo.*

* f. *Dat*, vel, *Dans*

*Donatus in Andr. Act.* III. *Sc.* II. *ad illa Ter. Quod iuſſi dare bibere.*] Conſuetudine

dine

dine magis quàm ratione dixit, pro Date ei potionem. Lucil. in ſexto, *Date bibere ab ſ.* Nam duo verba actiua nullam habent ſignificationem ſine nomine, aut pronomine; vt ſi dicas, Dic facere.

22. *Sardinenſem terram.*

*Porphyrion in Horat. lib.* I. *Sat.* III. *ad illud: Sardus habebat Ille Tigellius hoc.*] Annotandum *Sardum* & *Sardinenſem* dici poſſe. Nam Lucilius ſatyricus *Sardinenſem* dixit in ſexto Satyrarum: *Sardin. terram.*

# QVÆ SVPERSVNT
## EX SATYRARVM
## LIBRO VII.

*

Ex emendatione Had. Iunij.

1. *Hanc vbi vult male habere, vlciſci pro ſcelere eius*
*Teſtam ſumit homo Samiam, ſibiq́ illicò telo*
*Præcidit caulem, teſteſq́ vna amputat ambo.*

*Nonius: Samium* acutum vnde & *ſamiare* dicimus acuere, quod in Samo hoc genus artis polleat.

2. *Dixi, ad principium venio, vetulam atque viroſam*
*Vxorem cædam potius, quàm caſtrem ego met me.*

*Nonius: Viroſæ* mulieres, dicuntur virorum appetentes.

3. *Qui te diligit, ætati facieq́ tuæ ſe*
*Fautorem oſtendat, fore amicum polliceatur.*

*A. Gellius lib.* IX. *cap.* XIV. In caſu autem dandi, qui puriſſimè locuti ſunt, non *faciei*, vti nunc dicitur, ſed *facie* dixerunt.

4. *Aptari caput, atque comas fluitare capronas*
* *Altas, frontibus immiſſas, vt mos fuit illis.*

* f. *Altis frontibus*

*Nonius: Caprona* dicūtur comæ, quę ante frontē ſunt, quaſi à capite pronæ.

5. —— *Seruorum eſt feſtu' dies hic,*
*Quem planè Hexametro verſu non dicere poſſis.*

*Porphyrion in Horat. Sat.* V. *lib.* I. *ad illum verſum: Manſuri oppidulo, quod verſu dicere non eſt.*] Equotutium ſignificat, cuius nomen Hexametro verſu complecti non poteſt. hoc autem exemplo Lucilij, nam in Satyra VII. ſic air, *Seruorum eſt feſtu' dies.* &c.

6. * *Rador, ſubuellor, deſquamor, pumicor, ornor,*
*Expilor, pingor.* ——

* v. c. *Sador, ſubellor,* Scal. *Scabor, Subucllor*, Had. Iun. *Sudor, Subbellor,*

*Nonius: Deſquamat,* ſquamis exſpoliat.

7. * *Hunccine ego vnquam Hyacintho hominem Cortinipotentis*
† *Delitiis contendi.* ——

* Scal. *Huccine vnquam Hyacinthi hominis Cortinipotentis.* †. Giſann. *Deliciis contendi.*

*Nonius: Contendere* ſignificat comparare.

8. *Quinque*



8. *Quinque haſtæ, aureolo cinctu rorarius* * *velox.*

* Had. Iun. *veles*

*Nonius: Rorarij* appellantur milites, qui antè, quàm congreſſæ eſſent acies, primo non multis iaculis inibant prælium: tractum quod ante maximas pluuias cælum rorare incipiat.

9. *Primum fulgit, vti caldum ex fornacibu' ferrum.*

*Nonius: Fulgit* pro fulget.

10. *Simauit taxim ad nares, delphinus vt olim.*

*Nonius: Simat,* deprimit.

11. *Hunc molere, illam autem vt frumentum vannere cunnis.*

*Nonius: Euannetur* dictum eſt ventiletur, vel moueatur, à *vanno* in qua legumina ventilantur.

12. *Aetatem & faciem, vt ſaga & bona conciliatrix.*

*Nonius: Sagæ* mulieres dicuntur fœminæ ad libidinem virorum indagatrices. vnde & *ſagaces* canes dicuntur ferarum vel animalium quæſitores.

13. *Phryne nobilis illa vbi amatorem improbius quem.*

*Nonius:* Nobilis dicitur eſt notus.

14. *Ne auriculam obſidat caries, ne vermiculiq́.*

*Nonius: Caries* eſt vetuſtas, vel putrilago.

15. *Queîs oculi non ſunt, neque naſum,* * *& qualia ſunt.*

* Scal. *æqualia ſunto.* f. *& qualia nobis.* al. *& ciliis fronte.* f. *aut ciliis fronte*

*Nonius: Naſum* genere neutro.

16. *Triſtes, difficiles ſumu', faſtidimu' bonorum.*

*Nonius:* Genitiuus caſus poſitus pro accuſatiuo.

17. * *Solam auram aduerſam ſegetem immutaſſe, ſtatumq́.*

* al. *Solem,*

*Nonius: Segetem* etiam ipſam terram dicimus.

18. *Caldiſſima, ac bene plena iam* * *ſolorum, atque anſeri' collus.*

* f. *ſolocum,* vel *olorum.*

*Nonius: Collus* maſculini generis.

19. —— * *Rate ad catulos accedere inultum.*

* f. *Rote*

*Nonius: Catuli* non ſolùm canum diminutiuè, verum omnium animalium appellantur.

20. *Muginamur, molimur,* * *ſubducimur.*

* v. c. *ſeducimur.* Fr. D. *ſubducimus*

*Nonius: Muginari* murmurare. *Idem: Moliri,* retinere morari, ac repigrare.

21. *Eodem* * *pactolo gannis.*

* f. *pacto oggannis.*

*Nonius:* Etiam humanam vocem nonnulli *gannitum* vocauerunt.

# QVÆ SVPERSVNT EX SATYRARVM LIBRO VIII.

*

1. *Gallinaceu' quum victor ſe gallus honeſtè*
*Suſtulit in digitos, primoreſq́; erigit vngues.*

Nonius: Priores & *Primores* hanc habent diuerſitatem. Priores enim comparatiui ſunt gradus: *Primores* ſummæ quæque res.

Ita verſus hos reſtituo. *f. *Figens.*

2. *Cum poclo bibo eodem, amplector, labra labellis*
*Fingens compono, hoc eſt, cum ψωλοκοπῶμαι.*

Nonius: *Fingere* eſt iungere. *Idem*: *Componere* eſt coniungere.

*Ex emendat. Had. Iunij. f. *Verum flumine vti,*

3. **Verum flumen vti, atque ipſo diuortio aquarum*
*Ilignis pedibus cercurum concinit æquis.*

Nonius: *Cercurus* nauis eſt Aſiana prægrandis.

*lego, *pede quod pernix, quod p. p.* Yuo Villiom. *pernix, plano quod pectore, puro Q. p. ſ.*

4. ——— *Quod gracila eſt, *pernix, quod pectore puro,*
*Quod puero ſimilis* ———

Nonius: *Gracila* eſt pro gracilis.

5. *Quarum & abundemus rerum, & quarum indigeamus.*

Nonius: *Genitiuus* poſitus pro ablatiuo.

*ita lego.

6. **Tum compone latus lateri, & cum pectore pectus.*

Nonius: *Componere* coniungere.

7. *Si omne iter euadit, ſtadiumq́; accliue tolutim.*

Nonius: *Tolutim* dicitur quaſi volutim & volubiliter.

8. *Sallere murænas, mercem in frigdaria ferre.*

*Priſcianus* lib. x. *Sallere* non à ſalio ſed *Sallo*.

*Scal. *parectati*

9. *Inde *parectato chlamides, ac barbula prima.*

Nonius: *Parectati* hi, qui de pueritia veniunt ad pubertatem, à Græco vocabulum ſumptum.

10. *Hiberam inſulam fomento omnicolore coluſtra.*

Nonius: *Coluſtra* lac nouum in mammis.

*I. Guill. *appoſitum poſtico, cella, culina.*

11. *Piſtrinum * appoſitum, poſticum, ſella, culina.*

Nonius: *Poſticum* neutro genere.

12. *A læuâ lacrymas mutoni abſterget amica.*

*Porphyrion in Hor. lib.* I. *Sat.* II. *ad illa: Huic ſi mutonis verbis mala tanta videntis.*] Mutonem



Mutonem pro virili membro dixit Lucilium imitatus. ille enim in VIII. Satyrarum ſic ait: *A læua lacrymas &c.*

*f. *Intus ero* †al. *ſubtemini, panus.* al. *ſubtegminis panus eſt.* * f. *ſubtegmine panu' ſt.*

13. **Intu' verò modo ſtet rectus † ſubtegmine panus.*

*Priſcianus* lib. III. *Panus* à quo panula, vel panicula. *Chariſius* lib. I. Paniculæ ϖεριτότυπον *panus* eſt. *Nonius*: *Panus* tramæ inuolucrum, quem diminutiue panulam Lucilius lib. IX. —*foris * ſubtegminis panus eſt.*

* Scal. *Hæc eſt macredo, ſi lorum l. f.* † v. c. *fragrion*

14. **Hic eſt Macedo † ſi agron longiu' flaccet.*

Nonius: *Flaccet*, languet, deficit.

*v. c. *Amicula.* f. *Auicula*

15. **Anicula aſpera atque præcox eſt fuga.*

*Nonius*: *Præcox* & Præcoqua, quod eſt immatura.

*ita Scal. † f. *iſicia* * f. *cum iſiciis cocta.*

16. ——— **gigeriæ ſunt*
*Siue adeo † hepatia* ———

Nonius: *Gigeria* inteſtina gallinarum * cum his & ita cocta.

17. *Lentet opus.*

*Priſcianus* lib. VIII. Nam à *Lenteo lenteſco* deriuatur, quum à dureo dureſco, & à vireo vireſco. Lucilius tamen in VIII. *lentet opus* protulit.

18. *Vinibuæ*

*Nonius*: * *Buas* potionem poſitam paruulorum. Lucilius libro VIII cum vinolentas † diceret *Vinibuas* deſignauit.

* N. Fab. *Buas potionem vocitant paruuli.* † Scal. *deſignaret vinibuas dixit.*

# QVÆ SVPERSVNT EX SATYRARVM LIBRO IX.

*

*Iſidorus*: *Orthographiam, id eſt, ſcripturam rectam contra imperitiam librariorum Lucilius Poëta primum ſcripſit. Terent. Scaurus*: *Lucilius in* IX. *Satyrarum de Orthographia præcipiens. Velius Longus*: *Lucilius in* IX. *de literis diſputat.*

*Porphyrion lib.* I. *Sat.* X. *ad illa Horatij*: *Nil comis Tragici mutat Lucilius Acci? Non ridet verſus Enni grauitate minores?*] Comis Lucilius propter vrbanitatem dicitur, & mutat pro eo quod emendat poſitum eſt. Facit autem Lucilius hoc cum alias, tum vel in tertio libro, & nono & decimo.

*

1. A *primum eſt, hinc incipiam, & quæ nomina ab hoc ſunt.*
A, *primum * longa & breui' ſyllaba: nos tamen vnum*
*Hoc faciemus, & vno eôdem, vt * diximu', pacto*
*Scribemus* PACEM, PLACIDE, IANVM, ARIDVM, ACETVM,
Ἄρες Ἄρες *Græci vt faciunt.* ———

* Scal. *longibreui'* * al. *dicimu'*

Q. Terentius *Scaurus de Orthographia*: Singulares vocales & produci & corripi poſſunt; vnde etiam Lucilius in IX. *Satyrarum de Orthographia præcipiens, ait*: *A primum eſt* &c.



2. At

Ita emendo ac diſtinguo.

2. *At non multum abit hoc cacoſyntheton, atque caninâ*
*Si linguâ dico, nihil* AR *me; nomen hoc illi eſt.*

*Velius Longus de Orthographia:* Inuenti ſunt tamen, qui & ſine vocali putent poſſe ſyllabam fieri. nam animaduertimus apud Comicos, S, & T, pariter ſcriptas literas, vt apud Terent in Phorm. Non is obſecro es, quem ſemper te eſſe dictitaſti? CH. ſt. SO. Quid has metuis fores? hoc S & T pariter renuntiant ſilentium. ſed ſcilicet ſi hoc ſectentur, poſſent etiam pleraſque cõſonantes & omnes ſemiuocales prò ſyllabis ponere. Nã apud Lucilium *in* IX. (*in quo de literis diſputat*) omnes vices ſyllabarum implent, quum dicit: *A re non multum abeſt* &c.

3. *Quintilianus lib.* I. *cap.* XIII. Al ſyllabam, cuius ſecundam nunc E literam ponimus, variè per A & I efferebant, quidam ſemper, vt Græci, quidam ſingulariter tantum, quum in datiuum vel genitiuum caſum incidiſſet. Vnde, *Pictai veſtis*, & *Aulai*, Virgilius amantiſſimus vetuſtatis carminibus inſeruit. In iiſdem plurali numero E vtebantur, hi Sillæ, Galbæ. *Eſt in hac quoque parte Lucilij præceptum*, quod, quia pluribus explicatur verſibus, ſi quis parum credat, apud ipſum in IX. requirat.

* lego, *vtque*
*lego *an C.*

4. ——— * *atque* ACCVRRERE *ſcribas*
*D ne,* * *an T, non eſt quod quæras atque labores.*

*Velius Longus de Orthogr.* Videmus autem prope in omnibus verbis quæ à P literâ incipiant, hanc præpoſitionem cogi vt B literâ omiſſâ P geminent, vt ab eo quod eſt paret, apparet; & in eo quod eſt ponit opponit; & in pungit oppungit: ſic in his partibus orationis, quæ incipiunt à C litera, non facile poteſt hæc præpoſitione admota ſonare D litera. hæc ſimiliter litera geminatur, in eo quod eſt *Capio, accipio*: itaque Lucilius: — *atque accurrere ſcribas* D *ne, an* T *&c.*

5. ABBIRE *multum eſt D ſiue, an B habet.* ———

*Velius Longus: Abbire* etiam quidam geminata B maluerunt & dicere & ſcribere, vt intermiſſa D. & in hoc nullam differentiam putat eſſe Lucilius, qui ait: *Abbire multum eſt* &c.

Ex reſtitutione Scalig.

6. *Iam* PVEREI *venere: E poſtremum facito, atque I*
*Vt plures puerei fiant. I ſi faci' ſolum*
PVPILLI, PVERI, LVCEILI: *hoc vnius fiet.*
*Hoc* ILLI *factum eſt vni: tenue hoc facies I.*
*Hæc* ILLEI *fecêre: addes E, vt pinguius fiat.*
MEILE *hominũ, duo* MEILLIA, *item huîc vtroq. opu'*, MEILES,
MEILITIAM. *tenues I,* PILAM *quâ ludimu'.* PILVM
*Quo pinſo, tenues I. plura hæc feceri'*, PEILA
*Quæ iacimus, addes E,* PEILA, *vt plenius fiat.*
MENDACEI FVREIQVE *addes E, quum dare* FVREI
*Iuſſeris* ———

*Quintilianus lib.* I. *cap.* VII. Diutiũs durauit vt E, I iungendis eâdem ratione



ratione quâ Græci ει vterentur, ea caſibus numeriſque diſcreta eſt, vt Lucilius præcipit: *Iam puerei venere: E poſtremum facito atque I, Vt puerei plures fiant.* ac deinceps idem: *Mendacei fureiq; addes* E *&c.* quod quidem cum ſuperuacuum eſt, quia I tam longæ quàm breuis naturam habet: tum incommodum aliquando. Nam in iis quæ proximam ab vltimâ literam E habebunt, & I longâ terminabuntur, illam rationem ſequentes, vtemur E geminâ, qualia ſunt hæc *aureei, argenteei* & ſimilia. idq. iis præcipuè qui ad lectionem inſtituentur, etiã impedimento erit. *Velius Longus de orthographia:* Quæritur etiam an per E & I quædam debeant ſcribi ſecundum conſuetudinẽ Græcã. nonnulli enim ea, quæ producerẽtur, ſic ſcripſerunt. Alij contenti fuerunt huic productioni I longam aut notã dediſſe. Alij vero, quorum eſt itẽ Lucilius, variè ſcriptitauerunt: ſiquidẽ in his quæ producerentur; alia per I longam; alia per E & I notauerunt, videlicet, vt differentiâ quâdam ſeparantes: vt quum diceremus *virei*, ſi eſſent plures, per E & I ſcriberemus; ſi verò eſſet vnus, *Viri*, per I notaremus. vt Lucilius in IX. *Iam puerei venere* E *poſtremum facito atque I. vt plures faciant: I, ſi facis ſolum pupilli pueri hoc vnius fiet. Item hoc illi factum eſt, vni tenue hoc facies* I. *Hæc illi fecere, adde* E *vt pinguius faciat.* Idemque *Peila, quibus milites vtuntur, per* E *&* I *ſcribenda exiſtimat. at Pila in qua pinſatur per* I. hoc mihi videtur ſuperuacaneæ eſſe obſeruationis. Nam ſi omnino in ſcribendo diſcernenda caſuum numerorumque ambiguitas, quid faciemus in his nominibus quorum ſcriptio diſcrimen non admittit? *Q. Terentius Scaurus de Orthographia:* Item quod Lucilius, vbi I. exile, eſt, per ſe iubet ſcribi; at vbi plenum eſt, præponendum eſſe E, I. credit, his verſibus: *Mille hominum, duo millia. item huc* E *vtroque opu' mille* &c.

* ita ex V. C. emendo

7. * *Quare ſeruandi numeri, & verſus faciendi*
NOS CÆLI, NVMERI, *numerum vt ſeruemu' modumq;.*
——— *porro hoc ſi filiu'* LVCI
——— *ferit collum vt* CORNELI, CORNIFICIq;

*Chariſius lib.* I. Lucius, Æmilius & cætera nomina, quæ ante V habent I, duplici II genitiuos ſingulares finire debent, vt neceſſe ſit aduerſus obſeruationem nominatiuo non minorem fieri genitiuum, idque Varro tradens adiecit Vocatiuum ſingularem quoque talium nominum per duplex II ſcribi debere, ſed propter differentiam caſuum corripi. Lucilius tamen & per vnum I in genitiuo ſcribi poſſe exiſtimat: ait enim: —*ſeruandi numeri, & verſus* &c. Nunquam enim hoc intuliſſet, niſi & Cælij & Numerij per II huius Numerij faciendum crederet. Denique & in libro * quarto ſic ait: *Porro hoc ſi filiu' Luci* &c.

*leg. *nono*

8. *S noſtrum & ſemi-Græce quod dicimu' Sigma*
*Nil erroris habet.* ———

*Velius Longus:* Sed ſcilicet ſi hoc ſectentur, poſſent etiam plæraſque conſonantes, & omnes ſemiuocales pro ſyllabis ponere. nam apud Lucilium in IX. (in quo de literis diſputat) omnes vicem ſyllabarum implent, cum dicit: *S noſtrum & ſemi-Gracè* &c.

Ex emondat. Fr. Iunij

9. ——— *L liciendo congeminat L.*

*Velius Longus: Per* præpoſitio omnibus integra præponitur, niſi cũm incidit in L literam ad finem conſonantem, quam elegantis ſermonis viri geminare magis voluerunt, quàm R literam exprimere, vt *Compellabor* malim dicere, quàm *compelabor*, nec aliter apud Lucilium legitur in præ-



poſitione

poſitione PER: *Lliciendo* ( quod eſt inducendo ) *congeminat L. Pellicere* malunt, quam *perlicere.*

10. *Quid tibi ego ambages* AMBIVI *ſcribere coner.*

*Varro de Ling. Lat. lib.* VI. Profectum à verbo *Ambio*, quod eſt in *ambitu* & *ambitioſo.*

11. *Vt perhibetur* INERS, *ars in quo non eſt vlla.*

*Seruius in* IV. *Georgic. Virg. Iners* ponitur & pro eo qui ſine arte ſit. *Iunius Philargyr. ibidem.*

*Ita hos verſus ex v. c. reſtituimus.

12. * *Nam velut* INTRO *aliud longè eſſe atque* INTV' *videmus:*
*Sic &* APVD TE, *longe alid eſt, neque idem valet* AD TE:
INTRO NOS VOCAT AD SESE, TENET INTVS APVD SE.

*Chariſius lib.* I. *Intro* eſt in locum, *Intus* in loco dicimus: vt etiam apud Græcos ἔσω, εἴσω, καὶ ἔνδον. ideoque Lucilius ait: *Nam velut Intro alid* &c.

* Scal. *chenopodas vt, clinopodaſque lychnóſque Dicimu' σεμνῶς ante pedes lecti atque luc.*
† Turn. *Dicimu' χαμνῶς.* f. *Dicimu' καινῶς ἀντὶ pedes lecti atque l.*

13. *Porro** CHENOPODAS, *ſic* CLINOPODAS LYCHNOSQ́.
† *Diximu' σεμνῶς ante* PEDES LECTI *atque* LVCERNAS.

*Macrobius Saturn. lib.* VI. *cap.* IV. Inſeruit operi ſuo Virgilius & Græca verba, ſed non primus hoc auſus. Auctorum enim veterum audaciam ſecutus eſt. Dependent lychni laquearibus aureîs.

14. FERVIT *aqua, &* FERVET; FERVIT NVNC FERVET AD ANNVM.

*Quintilianus lib.* I. *cap.* X. At quæ O ſolam habent, dummodo per eandem literam in infinito exeant, breuia fiunt. Lego, Dico, Curro; legere, dicere, currere. Etiamſi eſt apud Lucilium: *Feruit aqua & feruet* &c. Sed pace dicere hominis eruditiſſimi liceat, ſi *Feruit* putat ille ſimile Currit & Legit, *Feruo* dicetur, vt Curro & Lego, quod nobis inauditum eſt. Sed non eſt hæc vera comparatio: nam *Feruit* illi eſt ſimile Seruit: quam proportionem ſequenti dicere neceſſe eſt *Feruire*, vt Seruire. *Probus de Verbo*: Interdum tamen in ſecunda coniugatione penultima ſyllaba corripitur, vt: Feruere Leucatem, &: — Cum littora feruere latè. Sed in hoc verbo rectè corripitur, quoniam antiqui tertiam coniugationem magis, quam ſecundam eſſe voluerunt, vt Lucilius: — *feruit nunc, feruet ad annum.* *Nonius*; *Feruit* pro feruet. *Priſcianus lib.* IX. Etiam *feruit inuenitur.*

*ita lego.

15. *Feruere ne longum verò hoc *lectoribu' tradam.*

*Nonius*: Ab eo quod eſt *feruit* breuiato accentu *feruere* facit.

Ita vnâ ſerie hos verſus legendos puto.

16. *Nunc hæc quid valeat, quidve huic interſiet illud*
*Cognoſces: primùm hoc quod dicimus eſſe Poëma,*
*Cuiuſuis operis pars eſt non magna, Poëma;*
*Pars eſt parua Poëma, proinde vt epiſtola quæuis:*
*Illa Poëſis opus totum, vt tota Ilias, vna*
*Eſt θέσις, Annaleſq́ Enni, atque iſtoc opus vnum,*
*Eſt maius multo, quàm quod dixi antè Poëma.*

Qua-



*Quapropter dico, nemo qui culpat Homerum*
* *Perpetuò culpat, neque, quod dixi antè, Poëſin*
* *Verſum vnum culpat, verum enthymema malignum.*

* f. *Perpetuum*
* f. *Totam vno in verſu; vel in enthymemate culpat.*

*Nonius*: *Poëſis, & Poëma* hanc habent diſtantiam. *Poëſis* eſt textus ſcriptorum. *Poëma* inuentio parua, quæ paucis verbis expeditur.

* ita Scal. al. *ac perditus.* al. *arthriticus.*
* f. *miſeróque exilis*
† Had Iun. *cum ramice magno.*

17. *Quod deformi ſenex,* ac pædidus, ac podagroſus;*
*Quod mancus,* miſer, exilis,* † *ramice magno.*

*Nonius*: *Ramices* dicuntur pulmones, vel herniæ.

* ita v. c. Had Iun. *Arripio & roſtrum labiáque hic Zopyrioni.*
† f. *labia atque os Zopyrioni.*
* al. *diſcutio*

18. * *Arripio roſtrum,* † *labiaſq́ huius Zephiri atque im*
*Percutio, denteiſq́ aduerſos* * *excutio omnes.*

*Nonius*: *Roſtrum* hominis dici.

† ita Had. Iun. ex v. c.
* Fr. D. *aceratum.*

19. † *Nam laterem qui ducit, habet nihil amplius vnquam,*
*Quam commune lutum è paleis, cænumq́* * *aceroſum.*

*Nonius*: *Aceroſum*, & *Aceratum* vtrumque noue poſitum, ſed diſtante proprietate ſignatum. *Aceroſum* namque panem farre minus purgato, nec ſordibus à candido ſeparato dicendum veteres putauerunt. *Aceratum* verò eſt lutum paleis miſtum, vt laterarij vſus eſt.

* ita Lipſius.

20. *Si nihil ad faciem,* * *& ſolum lupa, proſtibulumq́*
*Nummi opus atque aſſis.* ———

*Nonius*: Genitiuus poſitus pro ablatiuo.

* lego. *Non norim*

21. ——— *Quid ego ſi cerno oſtrea* ———
* *Cognorim fluuium, limum ac cænum ſapere ipſum?*

*Nonius*: *Oſtrea* generis neutri.

22. *Frumentarius eſt, modium hic ſecum atque rutellum*
*Vnà adfert* ———

*Nonius*: *Rutrum* dictum à radendo.

Ita leg.

23. ——— *Labora*
*Diſcere, ne te res ipſa, ac ratio ipſa refellat.*

*Nonius*: *Diſcere* eſt ignotam rem meditando aſſequi.

24. *Rugoſi paſſiq́ ſenes eadem omnia quærunt.*

*Nonius*: *Paſſum*, eſt propriè rugoſum vel ſiccum.

25. *Tu milli nummûm potes vno quærere centum.*

*A. Gellius lib.* I. *cap.* XVI. *Vno milli nummûm*, pro vnis mille nummis: aperteque oſtendit *Mille* & vocabulum eſſe & ſingulari numero dici, eiuſque pluratiuum eſſe *millia*, & caſum etiam capere ablatiuum; neque cæteros caſus requiri oportere, quum ſint alia plæraque vocabula, quæ in ſingulos tantum caſus, quædam etiam, quæ in nullum declinentur. *Macrobius lib.* I. *cap.* V. *Saturn.*

26. Sca-

*Scal. detritis

26. *Scaberat vt porcus* * *contritis arbore coſtis.*

*Priſcianus lib.* 10. *Scabo ſcabi.*

27. *Hinc ancilia, ab hoc apices, capidasq́; repertas.*

*Priſcianus lib.* VI. *Capis capidis*, vnde diminutiuum *Capidula* vaſis genus Pontificale. Lucilius lib. IX. *Hinc ancilia, ab h. a. capidasq́; r.* Et vide quod magis Græcum eſſe oſtenditur, quum in *as* protulit accuſatiuum pluralem.

*Ita Scal. P. Mer, *ut amtruet hinc, & vulgu' redamtruet inde.*

† P. Mer. *Redamtruare, reſilire.*

28. *Præſul* * *vt amptruat, inde & volgu' redamptruat olli*

*Feſtus: Redamptruare* dicitur in Saliorum exultationibus, cum *Præſul amptruauit*, quod eſt, motus edidit, & referuntur inuicem iidem motus. *Nonius:* † *Redautruare, redire.*

29. ——— *Ipſa ſi ſe corio omnia lora.*

*Chariſius lib.* I. *Lora* correptâ primâ ſyllabâ, & fæminino genere dicenda eſt; producta autem neutraliter è corio vincula vt & Lucilius in IX.—*Ipſa ſi ſe* &c.

30. *Vt diſcrepat hac quem rapuit Apollo fiat ergo.*

*Porphyrion lib.* I. *Sat.* IX. ad illud Horatij. *ſic me ſeruauit Apollo.*] Hoc deſenſu Homerico ſumſit, τὸν δ' ἐξήρπαξεν ἀπόλλων. quem & Lucilius in IX. Satyr. repreſentauit, ſic dicens: *Vt diſcrepat hac &c.* ſignificat ſic liberatum ſe ac recreatum dum illum moleſtum aduerſarius ſuus rapit, Apollinē imitatus.

# QVÆ SVPERSVNT EX SATYRARVM LIBRO X.

*

*Veteres Gloſſæ in vita A. Perſii:* Sed mox vt à ſcholâ & magiſtris diuerterat, lecto libro Lucilij decimo, vehementer Satyras componere ſtuduit, cuius libri principium imitatus eſt, ſibi primò, mox omnibus detrectatis, cum tantâ recentium Poëtarum & Oratorum inſectatione, vt etiam Neronem culpauerit.

*Porphyrion lib.* I. *Sat.* X. *ad illa Hor. Nil comis Tragici mutat Lucilius Acci? Non ridet verſus Enni grauitate minores?*] Comis Lucilius propter vrbanitatem dicitur, & mutat pro eo quod emendat poſitum eſt. Facit autem Lucilius hoc cum alias, tum vel in tertio libro & nono & decimo.

*

* f. bonorum
* f. Craßis
† f. deſcripſimus

1. ——— * *honorum eſt*
*Iudicium* * *craßis, vt nos* † *deſcribimus antè.*
*Hoc eſt quid ſumam, quid non, in quoque locemus.*

*Nonius: Sumere* etiam ſignificat eligere.

2. *Pone*



2. *Pone* * *paludatus ſtabat rorariu' velox.* *Pr. D. *paludatum*

*Nonius: Rorarij* appellantur milites, qui antequam congreſſæ eſſent acies, primò non multis iaculis inibant prælium: tractum quod ante maximas pugnas cælum rorare incipiat.

3. *Quamuis deſubitò trinis deducere ſcalis.*

*Nonius: Deſubito,* pro ſubito.

4. * *Tonſillas quoque præualidis in funibus aptas.* *ita Had. Iun. al. *Conſellas*

*Nonius: Aptum,* connexum & colligatum ſignificat.

5. *Fluctibus à ventisq́; aduerſis firmiter eſſent.*

*Nonius: Firmiter* pro * firmè. *f. *firmæ. f. naues.*

6. * *Languor & oppreßit, pigror, torporq́; quietis.* * f. *Languor ei obrepsitque pigror.* P. Merul. *Languor eum oppreßit, p. t. q. quietem.*

*Nonius: Pigror* generis maſculini.

7. * *Næ in arce bouem diſcerpſi magnificè, inquit.* * MS. C. *Næ quem in arce bouem deſcripſit magnificè inquit.* Scal. *Næ, mi Marce,* f. *Næ pol in arce*

*Donatus in Andr. Act.* II. *Sc.* I. *ad illud Ter. Næ iſte haud mecum ſentit.*] Næ valdè, aut (vt quidam volunt) o quàm. Lucil. in X. *Næ in arce* &c.

8. *Improbu', confidens, malus & nequam videatur*

*Nonius: Confidentia* rurſum temeritas audacia.

# QVÆ SVPERSVNT EX SATYRARVM LIBRO XI.

*

1. *Quintus Opimius ille Iugurthini pater huius,*
*Et formoſus homo fuit, & famoſus, vtrumque*
*Primò adoleſcens, poſteriùs* * *directiu' ſeſe.* * Had. Iun. *dat rectiu'*

*Nonius: Famoſum,* infamem.

2. *Caßiu' Caius hic operariu', quem* * *Cephalonem* *v. c. *cephalonum*
*Dicimu' ſectorem,* * *Furiumq́; hunc Tulliu' quidam* * Scal. *furemque*
*Iudex hæredem* * *facit, & damnati alij omnes.* * Scal. *facit, at damnati*

*Nonius: Damnare,* eſt exhæredare.

3. *Luciu' Cotta ſenex Craßi pater huiu'* * *Panæti* * Had. Iun. παναίθε. Mur. *peracer.*
*Magnus trico fuit nummariu', ſoluere nulli*
*Lentus.*———

*Nonius: Tricones* moroſi & ad reddendum duri. *Idem: Lentum,* facile.



4. *Præter*

*lego, ſpurco eſt ore,

4. *Prætor noſter adhuc quàm* * *ſpurcu' ſt ore, quod omnes*
*Extra caſtra, vt ſtercu', foras eiecit ad vnum.*

*Nonius:* *Spurcum*, etiam fætidum.

5. *Scipiadæ magno improbus obiiciebat Aſellus,*
*Luſtrum, illo Cenſore, malum infelixq́; fuiſſe.*

A. *Gellius lib.* IV. *cap.* XVII. *O biiciebat*, O litera producta multos legere audio; idq́ue eò facere dicunt, vt ratio numeri ſalua ſit.

6. ——— *& iam*
*Coniicere in verſus dictum Præconi' volebam*
*Granî.* ———

A. *Gellius lib.* IV. *cap.* XVII. *ſtatim poſt præcedentia verba:* Idem infra, *& iam Coniicere* &c. In hoc quoque prima verbi præpoſitio ob eandem cauſam producitur.

7. *Conuentus pulcer, braca, ſaga, fulgere torques*
* *Magni.* ———

* I. Guill. *Manli.*

*Nonius:* *Fulgere* pro fulgêre. *Idem:* *Torques* gen. maſcul.

Ita cum Had. Iunio lego.

8. ——— *Viamq́;*
*Sternendam & iaciendum huc aggerem, & id genu' rudus.*

*Nonius:* *Rudus*, ſtercus quod raditur.

*Palm. *Annos hic terrâ iam plures miles hyberâ*
† lego, *& ara*

9. * *Annos hic errat iam plures miles* † *hyberna*
*Nobiſcum meret.* ———

*Nonius:* *Meret*, militat.

10. *Inde venit Romam tener ipſe etiam atque puellus.*

*Priſcianus lib.* VI. Non eſt tamen ignorandum, quod etiam hic *Puerus*, hic & hæc *Puer*, vetuſtiſſimi protuliſſe inueniuntur, & *Puellus* & *Puella*.

11. *Nec mihi amatore hoc opu', nec tricone vadato.*

*Nonius:* *Tricæ* ſunt impedimenta & implicationes, & *intricare*, impedire, morari: dictæ quaſi tericæ; quod pullos gallinaceos inuoluant & impediant capilli pedibus implicati.

* v. c. *inquam.*

12. *Non laudare hominem quenquam, neque mu facere* * *vnquam*

*Charisius lib.* II. *Mu facere*, pro mutire.

* Scal. *Hicce ſtrigoſu'.*
t. *Hic tricoſu'*

13. * *Hic ſtrigoſu', bouinatorq́;, ore improbu' duro.*

A. *Gellius lib.* XI. *cap.* VII. Tergiuerſatorem, *bouinatorem* dicit. *Nonius:* *Bouinatores*, quos nunc malitioſos & tergiuerſatores dicimus.

f. *Criſſabitque, vti ſi*

14. * *Criſſauit, vt ſi frumentum clunibu' vannat.*

*Nonius:* *Euannetur* dictum eſt ventiletur, vel moueatur, à vanno, in qua legumina ventilantur.

15. *Hîc*



15. *Hîc vbi conſeſſum, pellesq́; vt in ordine tentæ.*

*Nonius:* *Tenta*, dictum pro extenſa.

16. *Qui* * *in latrina lacuq́;.*

* f. *in latrinâque lacúque eſt.*

*Nonius:* *Latrina* genere fæminino, & eſt *lauatrina*, quod nunc balneum dicitur.

# QVÆ SVPERSVNT EX SATYRARVM LIBRO XII.

*

1. *Huic homini Quæſtore aliquo eſſe opus atque chorago,*
*Publicitus qui* * *mî atque* † *Epiſco præbeat aurum.*

* Had. Iun. *mihi qui atque Cyriſco*, vel, *Vopiſco.*
† I. Guill. *è fiſco præbeat aurum.*

*Nonius:* *Publicitus*, pro publicè.

2. *Hunc iuga mulorum protelo ducere centum*
*Non poſſunt.* ———

*Nonius:* *Protelare* rurſus, * adiuuare.

* N. Fab. *adiugare.*

3. *Firmiter hoc,* * *pariterq́; tuo ſit pectore fixum.*

* I. Guill. *probitérque.* malim, *patris atque tuo.*

*Nonius:* *Firmiter* pro firmè.

4. *Inſignis varis* * *eſt cruribus atque petilis.*

* Scal. *&*

*Nonius:* *Petilum* tenue & exile.

5. *Quibus* * *fructibus me decollaui.*

* f. *me fructibu' decoll.*

*Diomedes lib.* I. *Decollo, decollaui:* hoc verbũ apud veteres decipio ſignificat.

6. *Aſſenſus ſum homini.*

*Priſcianus lib.* VIII. *Sentio* neutrum: ex eo *Aſſentio* & *Aſſentior* & *Diſſentio* & *Diſſentior*, in vnâ eâdemq́ue inueniuntur ſignificatione.

7. *Diomedes lib.* III. Alij à vino Tragœdiam dictam arbitrantur propterea, quòd olim dictabatur τρύξ, à quo τρύγητος hodieq́ue vindemia eſt, *quia Liberalibus apud Atticos die feſto Liberi patris vinum cantoribus pro corollario dabatur*, cuius rei teſtis eſt Lucilius in duodecimo.

# QVÆ SVPERSVNT EX SATYRARVM LIBRO XIII.

*

1\. *Si forte omnino, ac fortuna vincere bello:*
*Si forte ac temerè omnino, *quid curſum ad honorem.*

> *f. ſit, vel, qui' it pro quis. vel certè, ad ſummum ſit curſus honorem.

Nonius: Fors & Fortuna hoc diſtant. Fors eſt caſus temporalis; Fortuna dea.

2\. *Cuî parilem fortuna locum, fatumq́; tulit fors.*

Nonius ibidem.

3\. *His itidem in cœnâ* dabis oſtrea millibu' nummûm*
*Empta.* ——

> *al. dabis oſtrea mille Nummis empta.

Nonius: Oſtrea generis neutri.

4\. *Acribus inter ſeſe armis confligere cernit.*

Nonius: Cernere rurſum diſponere.

5\. *Primùm dominia atque ſodalitia omnia *tolluntur.*

> * al. tollantur.

Nonius: Dominus appellatur conuiuij exhibitor: vnde & Dominia conuiuia.

6\. *Adde Syracuſis *ſola, paſceolum, alutam.*

> *f. Sola, paſceolos, vel, paſceolúmq. & alutam.

Nonius: Paſceolus ex aluta ſacculus.

7\. —— *Vnu' modo, de multis qui ingenio ſit.*

Nonius: Veterum memorabilis ſcientia paucorum numerum pro bonis ponebat; Multos contra malos appellabat.

# QVÆ SVPERSVNT EX SATYRARVM LIBRO XIV.

*

1\. *Id ne* ægri eſt magis, an quòd pane & viſcere priuo*
*Quod viſcus dederas tumidum, hoc in viſcera largi.*

> *lego, ægrè eſt, f. tibi.

Nonius: Viſcus, poſitum pro viſcere. Idem: Largi, pro largire.

2\. *Quin potius vitam degas ſedatu' quietam,*
*Quam tu antiquiu', quàm facere hoc, feciſſe videris.*

Nonius: Antiquus & Antiquior, vt gradu, ita & intellectu diſtant. Nam Antiquum ſignificat vetus: Antiquior melior.





3\. *Publiu', Pauu' mihi Tuditanus Quæſtor Iberâ*
*In terrâ fuît lucifugus nebulo, id genu' ſanè.*

Nonius: Nebulones, & Tenebriones dicti ſunt, quia mendaciis & aſtutiis ſuis nebulam quandam & tenebras obiiciant: aut quibus ad fugam fugitiuis & furta, hæc erant accommodata & vtilia.

4\. *Naumachiam licet hæc, inquam, alueolumq́; putare, &*
*Calces: delectes te, hilo non rectiu' * viuas.*

> * MS. C. viues.

Priſcianus lib. VI. Hilum pro vllum vetuſtiſſimi proferebant.

5\. **Nam paucis male, ſed ſapientibus eſſe probatum*
Ἢ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν.

> *N. Fab. Nam paucis male ſe, & Sapientibus e. p. f. Paucis malle ac ſe ſap. vel, malle ac ſapientibu' eſſe probatus. Lipſ. Me paucis malle abs ſapientib. e. p.

Nonius: Veterum memorabilis ſcientia Paucorum numerum pro bonis ponebat; Multos contra Malos appellabat.

6\. *Si mihi † non Prætor ſiet additus; atque agitet me;*
*Non malè ſic ille, vt dico, me* extenderat vnus.*

> † f. nunc
> *f. extenderet, vel, extenderit,

Macrobius lib. VI. cap. IV. Saturnal. ad illud Virg. lib. IV. Æneid. —nec Teucris addita Iuno Vſquam aberit.] id eſt, affixa, & per hoc infeſta: hoc iam dixerat Lucilius in libro XIV. his verſibus: Si mihi non Prætor &c. Seruius in eundem Virg. locum: Addita, id eſt, inimica. eſt autem verbum Lucilij & antiquorum.

7\. *Nam Vetus ille Cato dignum quemcunque laceßim*
*Appellare, quòd ipſe ſibi non conſcius eſſet.*

> Ita purgo & diſpono hos verſus.

Priſcianus lib. X. Laceſſo laceßiui, ſic Probus, & videtur mihi melius dicere Laceßiui, quàm Laceßi. Participium enim paſſiuum Laceßitus. Caper tamen Laceßi dicit eſſe, vt Faceſſi, & profert exemplum Lucilij quo vſus eſt in XIV. Nam Vetus ille Cato laceßiſſe appellari, quod conſcius ipſe non erat ſibi.

8\. *Ad Regem legatu'* Rhodum, Ecbatanam, ac Babilonem*
*Ibo, cercurum ſumam.* ——

> * v. c. Rhodium & bathanam.

Nonius: Cercurus, nauis eſt Aſiana prægrandis.

9\. —— *Nam ſumptibu' magnis*
**Et ſtructam ampliter, atque cùm accumbimu' menſam.*

> * lego, Ampliter exſtructam ſimul atq. accumbimu' menſam. Had. Iun. Exſtructam ampliter, ad quam nunc accumb.

Nonius: Ampliter. Priſcianus lib. XV. Ampliter pro amplè.

10\. *† Idem epulo cibus, atque * epulæ Iouis omnipotentis.*

> † al. Inde. f. Inde epulum cibus taque epulæ Iouis. vel, Inde epulæ cibus taque epulum Iouis omn.
> *ita Lipſius

Nonius: Epulum generis neutri eſt. Fæminini Lucilius Satyr. lib. XIV. Idem epulo cibus, atque epulatio Iouis omnipotentis. Qui verſus vtrumq. deſignat.

11\. *Et non pauper vti Samio, curtoq́; catino.*

Nonius: Samium, eſt teſteum.

12\. *Cœnam, inquit, nullam, neque Diuo * proſiciem vllam.*

> *ita leg.

Nonius: Proſecta exta, quæ aris dantur ex fibris pecudum diſſecta, generis fæmin.

13. *Quum illud quid faciat, * quod manducamur in ore.*

* f. commanducamur

*Nonius:* *Manducatur*, pro manducat.

14. **Dilectum video ſtudioſè vulgus habere.*

* f. Delectum

*Nonius: Vulgus neutro genere ſolùm dici putat Lucilius.*

15. *Ipſe equu' non formoſu', gradarius, optimu' vector.*

*Nonius:* *Gradarius* eſt molli gradu, & ſine * ſuccuſſaturâ nitens.

*Had. Iun. *ſuccuſſatu.*

16. *Quem metuas ſæpe, interdum quem vtare libenter.*

*Nonius:* Pro, quo vtare libenter.

17. *Puncto vna hora * * & qui quoque * inuaſit.*

† al. *inſuaſit.*

*Donatus in Phorm. Terentij Act. I. Sc. IV. ad illud: Tum temporis punctum mihi ad hanc rem eſt.*] *Punctum* pro momentum: vt Lucilius in decimoquarto: *Puncto vna hora* * &c.

18. ** Caſeus allia molliet.* ———

*Scal. *Caſeus, alium, olus.* f. *Caſeus allia mollibit.* vel, *mollit.* v. c. *Caſeus, ala, molis.* f. *allia olens,* vel, *ſalſa mola.*

*Chariſius lib. I. Caſeus* maſculini generis eſt.

19. *Macroſq; palumbos.*

*Nonius: Palumbi,* maſculine. *Chariſius lib. I. Palumbes* Virgilius fœminino genere dixit: Aëriæ quo conceſſere palumbes. item – raucæ tua cura palumbes. ſed Lucilius XV. maſculine, *macroſq; palumbos.*

# QVÆ SVPERSVNT EX SATYRARVM LIBRO XV.

*

1. *Multa homines portenta * in Homero verſificata*
*Monſtra putant, quorum in primis Polyphemu' ducentos*
*Cyclops longu' pedes, & porrò huic maiu' bacillum,*
*Quàm malus * naui in corbitâ maximus vlla.*

* Frut. *in Homeri verſiblu' fata*
* ita lego.

*Nonius: Corbita,* eſt genus nauigij tardum & grande.

2. *Hunc milli paſſûm qui vicerit atque duobus*
*Campanus ſonipes ſuccuſſor nullu' * ſequetur*
*Maiori ſpacio, ac diuerſu' videbitur ire.*

*v. c. Non. *ſequatur*

*A. Gellius lib. I. cap. XVI. Milli paſſûm* dixit pro mille paſſibus. *Macrobius lib. I. cap. V.* *Nonius: Succuſſare,* eſt ſurſum frequenter excutere.

3. *Præterquam in pretio primus ſemiſſe, ſecundus*
*Nummo, tertiu' iam pluris, quàm totu' medimnus.*

*Nonius: Medimnus* generis maſculini.





4. *In numero quorum * nunc primu' Trebelliu' † multo*
*Obmarceſſebat febris, ſenium, vomitus, pus.*

* f. *tunc*
† I. Guill. *muto* al. *multum Luciu' marcebat febris,*

*Nonius: Senium* eſt tædium & odium, dictum à ſenectute, quod ſenes omnibus odio ſint & tædio.

5. *Quum * tectum eſt, quiduis ſatis eſt: Viſuri alieni*
** Sunt homines? ſpiras, pallam, redimicula promit.*

* al. *tecum eſt,*
* al. *Sint homines,*

*Nonius: Palla* eſt honeſtæ mulieris veſtimentum, hoc eſt, tunicæ pallium.

6. *Penula, ſi quæris, canteriu', ſeruu', * ſegeſtre*
*Vtilior mihi, quàm * ſapiens.* ———

* Turn. *ſageſtre.*
* f. *ſapientia,* & ſic argutior ſententia exiſtet.

*Nonius: Penula* eſt veſtis, quam ſupra tunicam accipimus.

7. ** Adde iſtos ſacer illoto colſo fax ſyrofenix*
*Quid facere eſt ſolitus?* ———

*Tur. *Adde iſto ſacer illoto collo ac ſyrophœnix.* Had. Iun. *Audiſtis ſacer ille τόνος Syphax Syrophœnix Quid facere eſt ſolitus?*

*Nonius: Sacrum* etiam ſceleſtum & deteſtabile, ita & conſecratum.

8. ——— *Non ergaſtulus vnus, * & alius indicem*
*Oppoſiuit.* ———

† Ita Scal. f. *& alter indicem Appoſuit.*

*Nonius: Ergaſtulum* & *Ergaſtulus* vt genere ita & intellectibus differunt. Nam neutro, *Carceris* locus eſt; maſculino, cuſtos pænalis loci.

9. *Vt nemo ſententiam liberè, * quaſi ergaſtulus, poſſit dicere.*

*v. c. *magis quam ergaſtulus dicere non poſſit.*

*Nonius: Ergaſtulum,* & *Ergaſtulus.*

10. ——— *Dum miles * hyberus*
*Terras, ac meret ter ſex ætate quaſi annos.*

* Ita Had. Iun. Palm. *hybera Hac meret in terra ter ſex, ætate quaſi, annos.*

*Nonius: Meret,* militat.

11. *Te primum cum iſtis inſanum hominem & cerebroſum.*

*Nonius: Cerebroſi* dicuntur ad inſaniam faciles, quibus frequenter cerebrum moueatur.

12. *Scit poëticon eſſe, videt tunica, & toga quid ſit.*

*Nonius: Tunica,* eſt veſtimentum ſine manicis.

13. *Trulleu' poſtomis huic ingens de naribu' pendet.*

*Nonius: Poſtomis* dicitur ferrum, quod ad cohibendam equorum tenaciam naribus, vel morſui imponitur, Græcè ἀπὸ τοῦ στόματος.

14. *Tintinnabulum abeſt hinc, * ſirpiculeq; holerorum.*

* Scal. *ſirpiculique olerorum.*

*Nonius: Holerorum,* pro holerum.

15. *Subijcit hinc humilem, & * ſufferctus poſteriorem.*

* al. *ſuffectus*

A. *Gellius lib. IV. cap. XVII. Subiicit,* v literâ longâ legunt. quia primam ſyllabam breuem eſſe in verſu heroico non conuenit.

16. *Rugoſum atque fami plenum.* ———

*A. Gellius lib.* IX. *cap.* XIV. Sic autem Dies, dij, à veteribus declinatum eſt; vt *Fames, fami.*

17. ——— *aut qui nummos triſtis inuncat.*

*Nonius: Inuncare* quaſi vnco inuadere & arripere.

18. ——— *Nemo eſt halicariu' poſterior te.*

*Chariſius lib.* I. Alicam ſine aſpiratione dictam Verrius tradit, & ſic multi dixerunt: niſi quod Lucilius in XV. *Nemo eſt halicariu' p. t.* cum aſpiratione dixit.

# QVÆ SVPERSVNT
## EX SATYRARVM
## LIBRO XVI.

*

*Porphyrion in Horat. ad illud lib.* I. *Od.* XX. *Dum meam canto Lalagen.*] id eſt, carmen in Lalagen amicam, eius nomine compoſitum. *Sic & liber Lucilij decimusſextus Collyra inſcribitur,* eo quod de Collyra amica ſua ſcriptus ſit.

*Cenſorinus de die Natali cap.* III. *Euclides autem Socraticus duplicem omnibus omnino nobis Genium dicit appoſitum,* quam rem apud Lucilium in libro Satyrarum XVI. licet cognoſcere.

*

1. *Ibat forte aries, inquit, iam quod genu' quantis*
*Teſtibu'? vix vno filo* hæc ſe hærere putares* — * f. hæres
*Pelliculâ extremâ ex aptum pendere onus ingens.*

*Nonius: Aptum,* rurſum connexum & colligatum ſignificat.

2. ——— *Lyſippi Iuppiter iſtâ*
*Tranſiuit, quadraginta cubita altu', Tarento.*

*Nonius: Cubitum,* neutri generis.

3. *Rex Cotys ille duos ventos Auſtrum atque Aquilonem* — Ita Had. Iun ſuis numeris reſtituit hos verſus.
*Noviſſe aiebat ſolos ſe demagis iſtos*
*Ex nimbo auſtellos, * nec noſſe putare neceſſe.* — *vel, *nec noſſe, nec eſſe putare.*

*Nonius: Demagis* valdè magis.

4. *Legauit quidam vxori mundum omne penumq;.*
*Quid mundum? quid non? nam quis diiudicet iſtuc?*

*A. Gellius lib.* IV. *cap.* I. *Penus* quoque variis generibus dictum & variè declinatum eſt. nam & *hoc Penus* & *hæc Penus,* & *huius penis & peneris,* & *peniteris,* & *penoris,* veteres dictitauerunt. *mundum* quoque *muliebrem* Lucilius in Satyrarum ſextodecimo non virili genere, vt cæteri, ſed neutro appellauit his verſibus: *Legauit quidam vxori* &c.

Idem



*Idem paulo poſt:* Ne illi quidem veteris Iuris magiſtri, qui ſapientes appellati ſunt, definiſſe ſatis rectè exiſtimantur quid ſit *Penus.* Nam Q. Scæuolam, ad demonſtrandum *penum,* his verbis vſum audio: Penus eſt, inquit, quod eſculentum aut poculentum eſt. quod enim ipſius patris familias, aut liberorum patris familias eiuſque familiæ, quæ circum eum aut liberos eius eſt, & opus non facit, cauſſa paratum eſt, vt Mucius ait, *penus* videri debet. Nam quæ ad edendum bibendumq́. in dies ſingulos prandij aut cænæ cauſſa parantur, *penus* non ſunt: ſed ea potius, quæ huiuſce generis longæ vſionis gratia contrahuntur & reconduntur, ex eo, quòd non in promptu ſint, ſed intus & penitus habeantur penus dicta ſunt.

5. *Fundi delectat * virtus te, villicu' paullò* — * al. *te virtus.*
*Strennuior * ſi euaſerit.* ——— — * malim, *ſi forte euaſerit.*

*Priſcianus lib* III. *de Comparatiuorum formatione agens, Lucilius inquit, in* XVI. *ad Fundium: Fundi delectat virtus te* &c.

6. *Hi quos diuitiæ producunt, & caput vngunt*
*Horridulum.* ———

*Nonius: Horrendum,* & *Horridum* habent plurimam diuerſitatem. Eſt enim *Horrendum* tetrum & vitabile; *Horridum* plærumque exſtans & prominens & incultum.

7. *Cur tam ignauiter hoc præſertim tempore quæris.*

*Nonius: Ignauiter,* pro ignauè. *Priſcianus lib.* XV.

8. *Publicitus vendis tamen atque extrema ligurris.*

*Nonius: Publicitus,* pro publicé.

9. *Hoc aliud longè eſt, inquit, qui cepe ſerebat.*

*Nonius: Cepe* generis neutri.

10. * *Media è piſtrina.* — * v. c. *Media eſt piſtrina.* Scal. *Media à piſtrina*

*Chariſius lib.* I. *Piſtrinum* neutraliter dicitur. ſed Lucilius † in XVI. fæminine extulit: *Media è piſtrina, ad tabernam referens,* vt Caupona dicitur. *Varro lib.* IV. *de Ling. Lat. Pilum,* quod eo far pinſunt, id vbi fit *Piſtrinum.* L & S inter ſe ſæpe commutant. * Inde *Piſtor,* vel Lucilij *Piſtrina & Piſtrix.* — † v. c. *in* X. — * ita legit Scal.

H QVÆ

# QVÆ SVPERSVNT EX SATYRARVM LIBRO XVII.

*

* Scal. *Num*
† Scal. *vllam*
* Scal. *æquè*
* Scal. *Helenam*
* Turn Εὔβαν, ὑπατέρζα, Scal. τινὰ δ᾽ πιει-ραν
* Lamb. *dicta eſt.*

1. **Nunc cenſes καλλιπλόκαμον καλλίσφυρον*† *illam*
*Non licitum eſſe vterum,* * *atque etiam inguina tangere mammis?*
*Compernem aut varam fuiſſe Amphitruonis* ἄκοιτιν
*Alcmenam atque alias,* * *Ledam ipſam denique nolo*
*Dicere, tute vide, atque diſſyllabon elige quoduis*
*Τυρὼ δ᾽ ὑπατέρειαν *aliquam rem inſignem habuiſſe,*
*Verrucam, neuum* * *pictum, dentem eminulum vnum.*

*Nonius:* Compernes dicuntur longis pedibus. *Idem:* Vari dicuntur obtortis plantis.

2. *Cætera contemnit, & in vſurâ omnia ponit*
*Non magnâ: proprium verò nil neminem habere.*

*Nonius: Proprium* ſignificat rurſum perpetuum.

* *f. Ariſtocratis*

3. *Villicum* * *Ariſtocratem mediaſtinum atque bubulcum*
*Commanducatus corrupit, ad incita adegit.*

*Nonius:* Mediaſtinos non ſolùm balnearum ſed ædium quoque miniſtros & curatores legimus. *Idem: Commanducatur. Lucil. lib.* XXV. *Villicum Ariſtocratem* &c. *Idem: Incitas* dicitur egeſtas.

4. *Nupturum te nupta negas, quòd viuere Vlyſſem*
*Speras.* ———

*Priſcianus lib.* IX. *Lucilius in* XVII. *ad Penelopam conuerſus* ait, *Nupturum te nupta* &c. In hoc quoque ſubaudiendum eſſe, id eſt, nupturum eſſe, non nuptum ire, γαμηθήσεσθαι.

* al. *at ſi caluitur ergo Fur dominum*— Lud. Carr. *& ſi caluitur, endo Ferto manum* —

5. *Si non it, capito (inquit) eum:* * *& ſi caluitur, ergo*
*Endo manum iacito* ———

*Nonius: Caluitur* dictum eſt fruſtratur, dictum à caluis mimis quod ſint omnibus fruſtratui.

* v. c. *Si menſes facis* f. *Semiſſis faciens Muſas*

6. * *Simeſſes facis Muſas, ſi vendi' Lauernæ.*

*Nonius: Lauerna* Dea, cui ſupplicant fures.

7. ——— *magna oſſa, lacertiq́*
*Apparent homini.* ———

*Macrobius Saturn. lib.* VI. *cap.* I. *ad illud Virgilij:* — *magna oſſa, lacertosq́*





# QVÆ SVPERSVNT EX SATYRARVM LIBRO XVIII.

*

1. *Millia ducentûm frumenti tolle medimnûm,*
*Vini mille cadûm.* ———

*Nonius:* Cadi vaſa, quibus vina conduntur.

2. *Deniq́ vti ſtulto* * *nihil eſt ſatis, omnia cùm ſint.* * al. *nil ſit ſatis,*

*Nonius: Multum, & Satis* eo diſtant; quòd *Multum,* infinitum eſt, *Satis,* finitum: Auaris illud, hoc parcè ſe continentibus applicandum.

3. ——— * *Nam vel regionibus illis*
*Incruſtatu' calix, ruta cauliq́ bibetur.*

* Iuo Villiom. — *nam mel regionibus illis Incruſtatu' calix crucio* — Vide Notas.

*Porphyrion in Sat.* III. *lib.* I. *ad illud Horatij: Sincerum cupimus vas incruſtare.*] Allegoricôs hoc dicit: *Vas* autem *incruſtari* dicitur, cùm aliquo vitioſo ſucco illinitur atque inquinatur: ſecundùm quod & Lucilius Satyra XVIII. *nam vel regionibus illis* &c.

4. ——— *æquè fruniſcor ego ac tu.*

*Nonius: Fruniſci* pro frui

# QVÆ SVPERSVNT EX SATYRARVM LIBRO XIX.

*

1. *Sic tu illos fructus quæras, aduersâ hieme olim*
*Queîs vti poſsis,* * *hæc delectare domi te.* * Iego, *at*

*Nonius:* Olim temporis futuri.

2. * *Aurum vis, hominémve? habeas hominem: quid ad aurum?*
*Quare (vt dicimu') non video hîc quid magnoperè optem.*

* Iego, *Aurum vis? hominem en habeas. Hominem? quid ad aurum?*

*Nonius: Optare* eligere.

3. *Vt pueri infantes faciunt mulierculam honeſtam.*

*Nonius: Infantes* à non fando dicti ſunt.

4. *Sic ſingillatim noſtrûm vnuſquisq́ mouetur.*

*Nonius: Singulatim & Singillatim* à ſingulis.

5. *Sume, diem, qui eſt viſu' tibi pulcherrimus vnus.*

Nonius: *Sumere* etiam ſignificat eligere.

*f. verò

6. *Peniculamentum *verè repræhendere noli.*

Nonius: *Peniculamentum* à veteribus pars veſtis dicitur.

7. *Latere pendens, ſaxa ſpargens tabo & ſanguine atro.*

Nonius: *Spargere* madefacere.

8. *Rauſuro Tragicus qui carmina perdit Oreſte.*

*Priſcianus* lib. x. *Rauſi ranſum.*

*f. *forcipiúmq. Millia vig.*
* v. c. XI.

9. *Scalprorum *forcipumq́; millia viginti.*

*Chariſius* lib. I. Medicorum *Forcipes* dicit lib.* XIX. *Scalpror.* &c.

*ita ex v. c. emendandum.

10. ——— **& vncis*
*Forcipibus dentes euelleret.* ———

*Chariſius lib. I. loco præcedente citato addit*: Item paulo poſt: — *& vncis Forcipibus dentes euelleret.* —

# QVÆ SVPERSVNT
## EX SATYRARVM
## LIBRO XX.

*

* Frut. *Terriculas, Lamias,*
*. f. *ſic iſtic. ἀπχ.*
*lego, *credant ſignis cor ineſſe vt ahenis.*

1. **Terricolas Lamias, Fauni quas, Pompiliiq́;*
*Inſtituere Numæ, tremit has, hîc omnia ponit.*
*Vt pueri infantes credunt ſigna omnia ahena*
*Viuere, & eſſe homines: *& ſic iſti omnia ficta*
*Vera putant, *credunt ſignis cor ineſſe ahenis.*
*Pergula pictorum, veri nihil, omnia ficta.*

*Lactantius lib. I. cap.* XXII. Reliquit ergo poſteris Faunus quoque non parum erroris, quem tamen prudentes quique perſpiciunt. Nam Lucilius eorum ſtultitiam, qui ſimulacra Deos putant, deridet his verbis: *Terricolas Lamias* &c. Poëta quidem ſtultos homines infantibus cõparauit: at ego multo imprudentiores eſſe dico. Illi enim ſimulacra homines putant eſſe, hi Deos. Illos ætas facit putare, quod non eſt: hos ſtultitia. Illi vtique breui deſinunt falli: horum vanitas durat & ſemper creſcit.

Nonius: *Infans*, à non fando dictus eſt.

* f. *Vnâ tempeſtate & eodem tempore, & horæ*
* lego, *eâdem*
f. opera

2. **Tempeſtate ſuâ, atque eôdem vno tempore, & horæ*
*Dimidio, tribu' confectis duntaxat* eandem*
*Et quartam.* ———

*A. Gellius lib.* III. *cap.* XIV. Iam in viceſimo manifeſtius Lucilius *dimidiam horam* dicere ſtudioſè fugit: ſed pro *dimidiâ, dimidium* ponit in hiſce

verſibus: *Tempeſtate ſua* &c. nam cùm obuium proximumq́ue eſſet dicere; — *& hora Dimidia tribu' confectis*: vigilatè attenteq́ue verbum non probum mutauit. per quod ſatis apparet ne *horam* quidem *dimidiam* rectè dici, ſed vel *dimidiatam horam*, vel *dimidiam partem horæ*.



3. *Pulmentaria vt intybus, aut aliqua id genus herba,*
*Et ius mænarum bene habet* ſed mictilis, †hoc eſt*
*Merx.* ———

* ita Scal.
† malim, *hæc eſt Merx.* —

Nonius: *Mictilis*, paupercula pulmentaria. *Idem*: *Intybus* generis maſculini.

4. **Calpurni ſæuam legem Piſoni' reprêndi,*
*Eduxiq́; animam in primoribu' naribus.* ———

*ita Had. Iun. emendat.

Nonius: *Priores* & *Primores* hanc habent diuerſitatem. *Priores* enim comparatiui ſunt gradus; *Primores* ſummæ quæque res.

5. *Iam diſrumpetur medius, iam vt Marſu' colubras*
**Diſrumpit cantu, venas quùm extenderit omneis.*

*f. *Diſrumpet*

Nonius: *Colubra* generis fæminini.

6. *Illuuies, ſcabies oculos huic,* deinq́; petigo*
*Conſcendere.* ———

*Scal. *dé que petigo*

Nonius: *Illuuies* ſordes. *Idem*: *Petigo* genus morbi.

7. *Nugator quidam; ac nebulo,* ſit maximu' multò.*

* I. Guill. *ſed maximu' muto.*

Nonius: *Nebulones* & *Tenebriones* dicti ſunt, quia mendaciis & aſtutiis ſuis nebulam quandam & tenebras obiiciant.

8. *Tum ephebum quendam, quem vocant parectaton.*

Nonius: *Parectati* hi, qui de pueritiâ veniunt ad pubertatem; à Græco vocabulum ſumptum.

9. *Purpureo terſit tunc latas gauſape menſas.*

*Priſcianus lib.* IX. *Terſi* à tergeo.

10. *Proras detundete & deſpoliate guberna.*

*Marius Victorinus lib.* I. *De verſu*: Pari ratione in verſu & Apocope præcepta eſt, id eſt, ſubtractio ſyllabæ ſyllabarúmve cuiuſlibet orationis metro cogente facta, quæ ſiue in verbo, ſiue in nomine acciderit, pro integra parte orationis accipietur, vt: Endo ſuam do. i. in ſua domo. Similiter, *Proras detundete & deſpoliate guberna*, id eſt, gubernacula. *Nonius*: *Guberna* pro gubernacula. Lucilius Sat. lib. xx. *Proras deſpoliate & detundite guberna.*



UNIVERSITARIA

# EX SATYRARVM

## LIBRO XXI.

nihil ſupereſt.

# QVÆ SVPERSVNT

## EX SATYRARVM

## LIBRO XXII.

*

1. ——— *Mercede quæ*
*Conductæ flent alieno in funere præficæ,*
*Multo, & capillos ſcindunt; & clamant magis.*

Nonius: *Præficæ* dicebantur apud veteres, quæ adhiberi ſolent funeri mercede conductæ, vt & flerent, & fortia facta laudarent.

2. *Seruu' neque infidus domino, neque inutili' quoiquam*
*LuceilI Columella hei ſi tu' Metrophanes.*

*Donatus in Phormion. Act. I. Sc. V. ad illud Terentij: Columen verò familiæ.*] *Columen* culmen, an *columen* columna. Vnde *Columellæ* apud veteres dicti ſerui maioris domus. Lucilius lib. XXII. *Seruu' neque infidus domino neque inutili' cuiquam* &c. *Martialis* Epigr. *lib.* XI. Carmina nulla probas molli quæ limite currunt, Sed quæ per ſalebras altaque ſaxa cadunt. Et tibi Mæonio quod carmine maius habetur; *LuceilI Columella hic ſitu' Metrophanes.*

*Ex emendatione Had. Iun.

3. * *Zopyrion labias diſcidit vtrumque ſecutus.*

Nonius: *Labia* rurſum fæminini generis.

*Had. Iun. *ſuræue pedéſve.* atque ita ego, cæterũ cum interrogatione.

4. *Naſum rectiu' nunc homini eſt, * ſuræ nec pedes dici.*

Nonius: *Naſum*, neutri generis.

QVÆ



# QVÆ SVPERSVNT

## EX SATYRARVM

## LIBRO XXIII.

*

1. *Cupiditas ex homine; Cupido ex ſtulto nunquam tollitur: quod cupiditas pars quædam ſit temperatior defluens ex cupidine.*

Nonius: *Cupiditas* & *Cupido* diuerſa ſunt. Nam *Cupiditas* leuior eſt.

2. *Iucundasq́ue puer qui lamberat ore placentas.*

*Priſcianus lib. X.* Lambo, Lambi.

3. *Tongere.*

*Gloſſarium Fornerij: Tongere εἰδέναι.* Ennius in XVIII. Lucilius in XXIII.

4. *Calx.*

*Chariſius lib. I. Calx* maſculino genere dixit

# EX SATYRARVM

## LIBRO XXIV.

nihil ſupereſt.

# QVÆ SVPERSVNT

## EX SATYRARVM

## LIBRO XXV.

*

1. *Quæ gallam bibere, ac rugas conducere ventri*
*Farre aceroſo, * oleo decumano, pane Cumano coegit.*

*Turn. *oleo decumano penè coegit.* f. *oleo, & Cumano pane coegit.* al. *oleo decumano, pane coegit Cumano.*

*Feſtus: Gallam bibere, ac rugas conducere ventri*, cum ait Lucilius, præmonet parſimonia eſſe vtendum, neque gulæ indulgendum ventremque coarctandum. Nonius: *Aceroſum* panem farre minus purgato, nec ſordibus à candido ſeparato dicendum veteres putauerunt.

2. *Solus iam vim de claſſe prohibuit Vulcaniam.*

Nonius: De, pro ab

3. *Idcirco*

3. *Idcirco omnes euaſuros cenſent ægritudinem.*

Nonius: Euadere eſt liberari.

4. *Arabus artemo.*

Chariſius lib. 1. Arabis, Maro, Hyrcaníſve Arabíſve parant: vbi Plinius, ES numero plurali finita nominatiua BVS recipiunt, idque commentatores iubent. Quid ergo, ſi ſic declinauit, vt Plautus in Bacchidibus, Arabus & in Pœnulo, Myrrhinus odor Arabus. Lucilus XXV. *Arabus artemo.* Denique & C. Caſſius in epiſtola quam de Dolabella ſcripſit, Arabi mirifico animo erga nos fuerunt, inquit.

# QVÆ SVPERSVNT
## EX SATYRARVM
### LIBRO XXVI.

*

1. *Homines ipſi hanc ſibi moleſtiam vltro atque ærumnam offerunt, ducunt vxores, producunt quibus hæc faciant liberos.*

Nonius: Offerre inuenire. Idem: Producere inſtituere.

2. *At enim dicis clandeſtinò tibi quod commiſſum foret, neu muttires quidquam, neu myſteria ecferres foras.*

Nonius: Clandeſtinò eſt abſcondité.

* Frut. *Si ſe rupit, ſic quoque à me quod roget.*

3. *Ferri tantum, ſi roget me, non dem quantum auri petit; *ſi ſe cupit & ſi quoque à me, quæ roget, non impetret.*

Nonius: Rogare poſcere.

*Scal. *At libertinus tricoſus Syrus ipſe, ac maſtigia.*

4. ** At Libertinus Tricorius Syrus ipſe ad maſtigias*
*Quicum verſipellis fio, & quicum commuto omnia.*

Nonius: Verſipelles dicti ſunt quolibet genere ſe commutantes.

* Had. Iun. *Squalitate ſumma, ac ſcabie ſumma, in re ſumma obrutam.*

5. **Squallitate, ſummâ ſcabie, ſummâ in ærumnâ obrutam,*
*Neque inimicis inuidioſam, neque amico exoptabilem.*

Nonius: Summum extremum. Idem: Inuidioſum, quod ſit vitabile ad videndum.

* Turn. *P. verò Aſiæ ſiam, vt ſcripturarius*

6. ** Publicanus verò vt Aſiæ fiam ſcripturarius pro Lucilio, id ego nolo; & vno hoc non muto omnia.*

Nonius: Scripturarios, quos nunc Tabellarios dicimus, dici volunt veteres, quod ſcripturis & commentariis omnia vel vrbium, vel prouinciarum complectuntur. Idem: Mutare aliud pro alio accipere.





7. *Vt populus Romanus victus vi, & ſuperatus prœliis*
*Sæpe eſt multis; bello verò nunquam, in quo ſunt omnia.*

Nonius: Bellum & Prœlium hoc differunt: quod Prœlia partes ſunt belli, hoc eſt, in bello congreſſiones.

8. ** Depeculaſſere aliquâ ſperans me ac deargentaſſere.* * al. *Depoculaſſere*
*Decalanticare eburneo ſpeculo depeculaſſere.*

Nonius: Depeculaſſere, ac Deargentaſſere, & Decalauticare.

9. *Aggere in iaciendo ſi quo eſt vineis actis opus*
*Primum id dant operam, vt quamprimum appellant.*

Nonius: Iacit, facit. Idem: Actum, admotum. Idem: Appellere, eſt applicare.

10. *Vt ſi eluuiem facere per ventrem * velis † curare,* * f. *venis* † Frut. *curares*
*Omnibus diſtento corpore exſpiret * vis.* * f. *virus.* Fr. D. *viu.*

Nonius: Eluuiem, purgationem. Idem: Exſpirare dictum eſt, vel ab ſpiritu effuſo, vel à ſpiraminibus.

11. *Curet ægrotum, ſumptum homini præbeat,*
*Genium ſuum defrudet, alij * parcat.* *v. c. N. Fab. *parce.*

Nonius: Genium parſimoniam.

12. ** Audiui, quem febris vna, atque vna † ἀπεψία,* * v. c. *Adini* al. *At cui?* † v. c. *ania*
*Vini inquam * hiatus potuit vnus tollere.* * Had. Iun. *cyathus*

Nonius: Tollere, occidere.

13. ** Si miſereantur ſe ipſi, vide ne illorum cauſſa † ſuperiore loco collocauerit.* * N. Fab. *Si miſereatur* † N. *Se priore loco*

Nonius: Datiuus, pro accuſatiuo.

14. *Nunc itidem * populum iſtum ſcriptoribus † volumus capere animum illorum.* * al. *populo* † al. *voluimus*

Nonius: Capere, delectare.

15. ** Non te multitudinem tuorum, quàm in album inclyta dextrâ * conficit ſibi.* * lego, *Neſti* * *conficis tibi.*

Nonius: Conficere, colligere.

16. *Quare * hoc colere eſt ſatius, quàm illam ſtudium omne hîc conſumere.* * f. *iſthoc,* vt verſus ſit integer.

Nonius: Colere, diligere

17. *Principio Phyſici omnes * homines ex anima & corpore conſtare dicunt.* * al. *conſtare hominem ex anima & corpore dicunt.*

Nonius: Conſtat compoſitum eſt.

18. ——— *Rediſſe*
*Ac repedaſſe,* * *vt Roma vitet gladiatoribus.*

*Scal. *vt Romam vitat gladiatoribus.* pro, bitat.

*Nonius:* *Repedare* pede iterare.

19. *Et quod tibi magnoperè cordi eſt, mihi vehementer diſplicet.*
*Nonius:* *Cordi eſt* honeſtè dictum animo ſedet.

20. *Summis* * *niti naturæ opibus; at ego contra vt diſsimilis ſiem.*

*I. Guill. *nitere*

*Nonius:* *Niti* fultum eſſe.

21. *Suſpendátne ſe, an gladium incumbat, ne cælum videat.*
*Nonius:* *Accuſatius* pro datiuo.

22. *Rem cognoſcas ſimul & dictis animum attendas poſtulo.*
*Nonius:* *Cognoſcere* eſt audire, æſtimare. *Idem:* *Attendere* eſt intendere.

23. *Vt ego* effutiam, quod ego te imprimis cupere apiſci intellego.*

* al. *effugiam*, Lipſius, *efficiam*, Fr. D. *Vt ergo efficiam*,

*Nonius:* *Apiſci* adipiſci.

24. * *Contra flagitium neſcire vinci bello, à barbaro Viriato Annibale.*

*Had. Iun. *Contra Flagitium neſcis bello vinci à viriato Annibale.*

*Nonius:* *Viriatum* dictum eſt magnarum virium.

25. *Sin autem hoc vident, bona ſemper petere ſapientem putant.*
*Nonius:* *Petere* cupere, appetere.

26. *Veterem hiſtoriam, inductus ſtudio, ſcribis ad amores tuos.*
*Nonius:* *Induci*, delectari.

27. * *Ego ſi quis ſum, & quo folliculo nunc ſum indutus non queo.*

*Scal. *Ego quis ſim, & quo folliculo nunc ſim indutus, non queo.*

*Nonius:* *Folliculum* Lucilius poſuit pro corpore.

28. *Tum doloribus confectum corpus animo obſiſtere.*
*Nonius:* *Confectum* defeſſum.

29. *Neque priùs, quàm venas* * *hominis tetigit ac præcordia.*

*f. *homini*

*Nonius:* *Tangere* inſpicere.

30. * *Munifici, comesq; amicis noſtris videamur viri.*

* Had. Iun. *Munifici coméſque viri videamur amicis.* al. *Munifici, munéſque amicis*

*Nonius:* *Munes* apud veteres dicebantur non à largitione, quæ ignota erat, ſed conſentientes ad ea, quæ amici velint.

31. *Quidni & tu idem illiteratum me atque idiotam diceres?*
*Nonius:* *Idiotas* à Græco tractum ἰδιώτης, inutiles, quaſi ſibi tantum, non plurimis vtiles.

32. *Rauco concionem ſonitu, & curuis cogant cornibus.*
*Nonius:* *Cogere* in vnum colligere.

33. *De-*



33. *Depugnabunt* pro te ipſi, & morientur, ac ſe vltrò efferent.* * v. c. *preci ipſi*
*Nonius:* *Efferre*, ſubdere.

34. * *Ego vbi quem ex præcordiis verſu effero.*

*lego, — *Ergo vbi quem ex præcordiis effero verſum.*

*Nonius:* *Efferre* ſignificat proferre.

35. *Non idcirco extollitur,* * *vel iræ, vel gaudij* † *dator.*

* al. *nec vita vegrandi datur.*
† Ios. Merc. πάθος, aut, *pathe.*

*Nonius:* *Efferre* edere, prouehere. *Idem:* *Vegrande* valde grande.

36. *Ita vt quiſque noſtrûm è bulga eſt matris in lucem editus.*
*Nonius:* *Bulga* eſt folliculus omnis, quam & crumenam veteres appelarunt, & eſt ſacculus ad brachium pendens.

37. *Tu ſi voles per aureis pectus irrigarier.*
*Nonius:* Accuſatiuus pro ablatiuo.

38. *Qui ſex menſes vitam ducunt, orco ſpondent ſeptimum.*
*Nonius de differentia temporis per accuſatiuum & ablatiuum expreſſi.*

39. *Facilè deridemur, ſcimus capital eſſe iraſcier.*
*Nonius:* *Capital* dictum eſt capitis periculum.

40. *Pars difflatur vento, pars autem obrigeſcit frigore.*
*Nonius:* *Difflare* eſt flatu diſturbare.

41. *Paucorum atque hoc pacto ſi nihil guſtat inter nundinum.*
*Nonius:* *Nundinum* maſcul. gen.

42. * *Præterito tepido glutinator glutino.*

* al. *Prætento;*

*Nonius:* *Glutino* pro glutine.

43. *Quapropter deliro, & cupidè officium fungor* * *ruderum.*

*Lips. *Iberûm.* f. *tuberum.*

*Nonius:* Delirare & de recto decedere. lira autem eſt foſſa recta, quæ contra agros tuendos ducitur, & in quam vligo terræ decurrat.

44. *Si quod verbum inuſitatum, aut ζητημάτιον offenderam.*
*Nonius:* *Offendere* inuenire.

45. *Tuam probatam mihi & ſpectatam maximè adoleſcentiam.*
*Nonius:* *Probatum* & *ſpectatum* vis maioris eſt.

46. *Cum ſtudio in gymnaſio duplici corpus ſiccaſſem pilâ.*
*Nonius:* *Siccum* exercitum.

47. *Malis neceſſe eſt lautum, è menſâ purè capturus cibum.*
*Nonius:* *Lautum*, nudum. *Idem:* *Capere*, accipere.

48. *Nunc ignobilitas his mirum ac monſtrificable.*
*Nonius:* *Monſtrificabile.*

 49 *Quid*

49. *Quid tibi cauendum cenſes, quid vitandum maximè.*

Nonius: Inter *Cauere*, & *Vitare* Lucilius eſſe diſtantiam voluit, & plus eſſe, *vitare*.

5. *Hunc laborem ſumas, laudem qui tibi ac fructum ferat.*

Nonius: *Sumere* ſuſcipere.

*Fr. D. *noſſe*

51. *Quod is intelligebat,* poſſe haud paucos rettuli.*

Nonius: *Referre* perferre, indicare.

52. *Quam faſtidioſum ac veſcum cum faſtidio edendi viuere.*

Nonius: *Veſcum* nimis obſcurum. *A. Gellius Noct. Attic. lib* XVI. *cap.* V. Aliter Lucretius veſcum ſalem dicit, ex edendi intentione: aliter Lucilius *Veſcum* appellat *cum edendi faſtidio.*

**f. pulices*

53. *Mihi quidem non perſuadetur,* publicè vt mutem meos.*

Nonius: *Mutare* derelinquere.

54. *Deniq. adeò malè me accipiunt decimæ & proueniunt malè.*

Nonius: *Prouentum* etiam malarum rerum dici veteres voluerunt.

* I. Guill. *Animo qui ægrotat, videmus corp. h. ſ. d.*

55. ** Animoq. ægrotat, vidimus corpore hunc ſignum dare.*

Nonius: *Dare* oſtendere.

56. *Percrepa pugnam Pompili factam Corneli cane.*

Nonius: *Crepare* ſonare.

*Lips. *exactorem Siluanum & fulguritarum arborum.*

57. *Luporum* exauctorem maluanum & fulguritatem arborum.*

Nonius: *Fulgurinit* fulgorem fecit, & fulmine afflauit.

* al. *Quódque te vitæ in tr.*

58. *Quodq. te in tranquillum ex ſæuis transfert tempeſtatibus.*

Nonius: *Sanum* dicitur immite.

59. *Porrò amici eſt bene præcipere, tueri, bene prædicare.*

Nonius: *Præcipere* eſt iubere vel monere.

60. *Quandoquidem reperi magnis combibonum ex copiis.*

Nonius: *Combibones* compotores à combibendo dicti.

* al. *conflaticam*

61. *Coniugem infidam,* flacitam familiam, impuram domum.*

Nonius: *Impurus* eſt aliquo vitio maculatus.

* Scal. *Nec mihi Oilei proferatur Aiax, quod* Fr. Iun. *Nec pax minimo proferatur. Deripuit ſigno Caſſandram*
† v. c. *proferat*
* v. c. *Proferari*

62. ** Nec minimo & † proſferatur pax, quod Caſſandram ſigno deripuit.*

Nonius: * *Proſferari* impetrari.

63. *Domuitionis cupidi imperium Regis penè imminuimus.*

Nonius: *Domuitionem.*

64. *Euadat ſaltem aliquid aliquâ, quod conatus ſum.*

Nonius: *Euadere*, exire, tendere.

65. *Illuc*



65. *Illuc oculi deducunt ipſi, atque animum ſpes illuc rapit.*

Nonius: *Deductum* delectatione ductum.

66. *Veſtimentis frigus atque horrorem exacturum putat.*

Nonius: *Exigere* eſt excludere.

67. *Niſi portenta, anguesq. volucres ac pinnatos ſcribitis.*

Nonius: *Portenta* oſtenta, quæ aliquid imminere ſignificant.

68. *Ego enim contemnificus fieri & faſtidire Agamemnonis.*

Nonius: *Contemnificum.*

69. *—— hic cruciatur fame,*
*Frigore, illuuie, inbalnitie,* improfundie, incuria.* * Scal. *imperfundie.*

Nonius: *Illunies* ſordes.

70. *Cribrum, incerniculũ, lucernam* in laterem in telam licium.* * v. c. *in laternam*

Nonius: *Cribrum.*

71. *Dij monerint meliora, atque amentiam auerruncaſſint tuam.*

Nonius: *Auerruncare*, auertere.

# QVÆ SVPERSVNT EX SATYRARVM LIBRO XXVII.

*

1. *Id bonis porrò (ſeu proprium) eſt viris,*
*Si irati, ſeu cui propitij ſunt ij, vt*
*Diutius eâdem vnâ maneant in ſententiâ,*
*Non cum benignitate ſollicitarier propoſito.*

Nonius: *Propitios*, & *Placatos* homines dici vetuſtas voluit.

*f. *ſquillæ, dum* vel certe *Sulla*, vel, *bulla*
† Had. Iun. *rem paraſiti, ac diuitias auent.*

2. *Coquus non curat caudam inſignem* eſſe, illa dum pinguis ſiet:*
*Amici quærunt animum ſic, † paraſiti autem diuitias.*

Nonius: *Inſigne* dicitur magnum & præſtans.

3. *Facit idem quod illi, qui inſcriptum è portu exportant clanculum, ne portorium dent.*

Nonius: *Portorium* dicitur merces, quæ portoribus datur.

4. *—Salutem fictis verſibus Lucilius,*
*Quibus poteſt impertit, totumq. hoc ſtudioſè & ſedulo.*

Nonius: *Fingere* componere. *Idem*: *Impertire* eſt participare, & partem dare. *Idem*: *Sedulo* ſignificat ſine dolo.



5. *Tu*

5. *Tu Lucilium credis contenturum, quum me ruperim, ſumma omnia fecerim.*

Nonius: *Contenturum.* Idem: *Rumpere* defatigare.

6. *Nam hîc quidem reditum ſuum talem portendebant neque alia in re vlla offendere.*

Nonius: *Offendere* lædere.

7. —— *Has è feneſtris in caput* *Deiiciunt, qui prope ad oſtium † adſpirauerunt.*

* v. c. *Deiiciam* † f. *adſpirauerant.*

Nonius: *Deiicere* dicitur mittere.

8. *Nulli me inuidere, neque ſtrabonem fieri ſæpius delitiis me iſtorum.*

Nonius: *Strabones* ſunt, quos ſtrabos nunc dicimus. Varro Flexab. Multi enim, qui limina intrarunt integris oculis ſtrabones ſunt facti.

9. * *Ille contra omnia inter plures ſenſim & pedetentim foris, ne quem lædat.*

* f. *Ire*

Nonius: *Pedetentim* & Pedepreſſim dictum eſt cautè, quaſi lenta & tarda itione.

10. * *Nec ſic, vbi Græci, vbi nunc Socratici charti, quicquid quæritis petimus.*

* Lips. *Neſcis vbi Græci, vbi nunc Socratici charti? quid quæritis? petimus.*

Nonius: *Chartum* generis maſcul.

11. *Facio ad lenonem venio,* * *tribus in libertatem millibus* * *Deſtinet.* ——

* Frur. *vt tribus,* vel, *qui* * al. *Deſtinet.*

Nonius: *Deſtinare,* emere.

12. *Ardum, miſerrimum, atque infælix lignum ſambucũ vocant.*

Nonius: *Ardum* pro aridum.

13. *Paulo hoc melius, quàm mediocre; hoc minus malum,* * *vt quàm peſſimum.*

* Had. Iun. *quàm vt peſſ.*

Nonius: *Mediocritas* medium dici voluit.

14. —— *Proferat ergo* * *Iam veſter ordo ſcelera, quæ in ſe admiſerit.*

* f. *Iam ſcelera in ſeſe veſter quæ admiſerit ordo.*

Nonius: *Proferre* palam facere.

15. *Potius, quàm non magnũ meſſem eſſe, non probam vindemiam*

Nonius: *Meſſem* generis Maſc.

16. *Quod ſi pauliſper captare atque obſeruare hæc volueris.*

f. — *Quod ſi Pauliſper captare atque obſeruare voles hæc.*

Nonius: *Captare* capere.





17. *Cæterũ quicquid ſit,* * *quid non ſit, fero æquo animo ac fortiter.*

* f. *quaſi*

Nonius: Ferre, pati.

18. *Quod ſi obſeruas hominẽ, qui pro commodo & regno gaudeat.*

Nonius: *Obſeruare* captare.

19. *Quæ pietas? monogrammi quinque adducti pietatem* * *vocant.*

* v. c. *inuocant.*

Nonius: *Monogrammi* dicti ſunt homines macie pertenues, ac decolores: tractum à pictura, quæ priùs, quàm coloribus corporatur, vmbra fingitur.

20. *Quum pacem peto, quum placo, quum adeo, & quum appello meam.*

Nonius: *Aditus* interpellatio.

21. *Tamen* * *aliti verruca, aut cicatrix medius* † *papillæ differunt.*

* Scal. *alicis verruca, aut cicatrix medũ* † v. c. *papula*

Nonius: *Differre* diſtare.

22. *Mordicus petere aurum è flammâ expediat, è cæno cibum.*

Nonius: *Mordicus.*

23. *Ad quod animum induxit ſemel, & vt ille omnino putat.*

Nonius: *Inducere* inſtituere, confirmare.

24. *Quum mei me adeunt ſeruuli, non dominam ego appellem meam?*

Nonius: *Appellare* eſt familiariter reſpondere.

25. *Inſanum vocant, quem maltam, ac fæminam dici vident.*

Nonius: *Maltas* veteres molles appellari voluerunt, à Græco quaſi μαλακὸς.

26. *Nec ſi paulò minùs vſuras, & magna adiutatus diu.*

Nonius: *Adiutatur* pro adiutat.

27. *Modò ſurſum, modò deorſum, tanquam collus cernui.*

Nonius: *Collus* maſcul. generis. Idem: *Cernuus* dicitur propriè inclinatus, quaſi quod terram cernat.

28. *Conſilium patriæ, legumq́; oriundũ rogator.*

Nonius: *Rogare* inſtituere.

29. * *Certa ſunt ſine detrimento, quæ inter ſe commodent.*

* al. *Cætera*

Nonius: *Commodare* eſt mutuare.

30. *Si facies præſtat facie, ſi corpore corpus.*

Nonius: *Præſtare* antecellere.

31. *Parcant illi magis* * *cui poſſint, cui fidem eſſe exiſtiment.*

* Frut. *qui*

Nonius: *Parcere* ſeruare.

32. —— *Cum ſciam*
*Nihil eſſe in vitâ proprium mortali datum.*

Nonius: *Proprium* perpetuum.

33. *Fuimus pernices, æternum id nobis ſperantes fore.*

Nonius: *Pernix* ſignificat celer.

34. *Lignum cædat, penſum faciat, ædeis verrat, vapulet.*

Nonius: *Cadere* excidere. *Idem: Verrere* mundare.

35. *Si * tamen hoc ad te non rediuit, hoc carebis commodo.* (* al, *nondum tamen*)

Nonius: *Redire* manifeſtam habet ſignificantiam.

36. ** Trado ergo alias minimo porrò, quod mihi conſtat carius.* (* Fr. D. *Trado ego aliis nam.*)

Nonius: *Conſtat* valet conſiſtit.

37. *Metuo vt fieri poſſit; egóque ab Archilocho excido.*

Nonius: *Excidere* diſſentire.

38. *Quam non ſolùm deuorare ſe omnia ac deuerrere.*

Nonius: *Verrere* ferire percutere.

39. ** Iam qua tempeſtate viuo certo ſine ad me recipio.* (* f. *In*)

Nonius: *Tempeſtas* eſt turbo ventorum.

40. *Et ſi maxumè, quod ſpero, mutuum hoc mecum facis.*

Nonius: *Mutuum* pro mutuo.

41. *Primùm qua virtute ſeruitutem excluſerit.*

Nonius: *Excludere* liberare.

42. *Quanti vellet, * quàm canicis † à pulte & maconis manu.* (* Had. Iun. *quanti* † al. *apud te vt Magonis manu.*)

Nonius: *Canicas* veteres furfures eſſe voluerunt.

43. *At metuis porrò * aſpectu & formâ capiare*
*Altera.* —— (* Reſcribo: *aſpectu forma capiare Alterius.*)

Nonius: *Capere* decipere, circumuenire.

44. *Re in ſecunda tollere animos, & in mala demittere.*

Nonius: *Demiſſum* humile, miſerandum, abiectum.

45. *Rerum * explicatorem mittam, miſerum mendicum petam.* (* Scal. *expiſcatorem*)

Nonius: *Petere* ſequi.

46. *Ego enim à pueritia, vt me amare expediat.*

Nonius: *Expedire* vtile eſſe.





47. *Viginti domi, an triginta, vel centum * cibicidas alas.* (* al. *tibicidas*)

Nonius: *Cibicidas.*

48. *Idola atque atomos vincere Epicuri volam.*

Nonius: *volam* pro velim.

49. *Hymnis velim te id, quod verum eſt, credere.*

Nonius: *Credere* eſt fidem habere dictis vel factis.

50. ** In re iactanda ipſa ridicula id atque adſederet.* (* v. c. *Inre*)

Nonius: *Iactare* ambitioſius gloriari.

# QVÆ SVPERSVNT
## EX SATYRARVM
## LIBRO XXVIII.

*

1. *Concedat homi ni id, quod vult; deliniat,*
*Corrumpat prorſus, ac neruos omnes * eligat.* (* al. *delicet.*)

Nonius: *Concedere* dare vel promittere. *Idem: Delinitus* eſt mente alienatus. *Idem: Eligere* defatigare.

2. *Orationem facere compendi * poteſt;*
*Solui dum * ſaluo in tergo, & tergi non licet.* (* f. *potes*) (* Turn. *ſalno tergo & tergino licet.*)

Nonius: *Terga* dorſa.

3. ** Polemon & amauit mortem, & huic tranſmiſit ſuam ſtolam, quam ducunt.* (* Had. Iun. *Polemonem amauit, & poſt mortem huic tranſmiſit ſuam ſcholam, quam dicunt.* P. Victor. *Polemon & amauit Cratem,* reliqua vt Iun.)

Nonius: *Tranſmittere* tradere, derelinquere.

4. *Quapropter certum eſt facere contra & perſequi*
*Et nomen deferre hominis.* ——

Nonius: *Deferre* celatum prodere.

5. *Omnia viſcatis manibus leget, omnia ſumet*
*Crede mihi * preſſe auferet omnis.* —— (* f. *præ ſeſe aget, ac feret omnia.* Auſ. Popm. *preſſè res auferet omnes.*)

Nonius: *Legere* ſurripere. *Idem: Sumere* eſt accipere, tollere.

6. *Vt ſi progeniem antiquam, qua eſt Maximu' Quinctus,*
** Qua varicoſu' vatrax.* —— (* v. c. *Vacax qua varicoſu' vatrax.*)

Nonius: *Vatrax* & *Vatricoſus* pedibus vitioſis.

7. —— *Soſpitat,*
*Impertit ſalutem plurimam, & pleniſſimam.*

Nonius: Impertit.

*f. *Salutem impertit*

8. *Doctior * cæteris iſaſamitis mutes aliquo tecum ſacra facta † vitia.*

Nonius: *Mutare* transferre.

* v. c. *quam cæteri ſiſamittio* Scal. *cæteris ſymmiſtis.*
† Scal. *vitio.*

9. *Socraticum quid antè tyranno miſiſſe Ariſtippum autumant.*

Nonius: *Autumare* eſt dicere.

10. *Concedere vnum, atque in eo dicere, quo ſuperatur manus.*

Nonius: *Concedere* credere vel conſentire.

11. *Vel ſi alio opus ſit fortè, ſi hinc aliquò ceſſeris.*

Nonius: *Cedere* recedere.

12. ** Hinc ad me, hinc licet anus rurſum ad armillum.*

Nonius: *Armillum.*

* Fr. D. *Hinc à me,*

13. ** Minitari apertè capitis dicturum diem.*

Nonius: *Dicere* denuntiare.

* v. c. *Mini'are a, capitu*

14. *Nullo honore * diſpletu', nullo funere.*

Nonius: *Honor* ſepultura.

* Had. Iun. *defletus,* Frut. *diſſletus,*

15. *Quum cognoueris, vitam ſine cura exigas.*

Nonius: *Exigere* ſignificat agere.

16. *Summittas alios, ſi quos * poſſis † cenſeas.*

Nonius: *Summittere* ſubdere, ſupponere.

* v. c. *poſſe*
† lego, *cenſeo.*

17. *Ne hoc faciat, atque ex hac ærumna * exeatis.*

Nonius: *Exire* euadere, liberari.

* al. *it exeat.*

18. ** Quid me fiet, ſiquidem non vis te improbis committere.*

Nonius: *Committere,* coniungere, ſociare.

* P. Merula ex v. c. — *quid me fiet? ſiquidem Noli iuſta impura committere*

19. *Commouet ſe nuſquam, neque committet, vt pereat ſibi.*

Nonius: *Committere* facere.

20. ** Hic tum conuentus, tela, inſidiasq́; † locaui.*

Nonius: *Conuenire* interpellare. Idem: *Locare* parare.

* al. *Hæc tum,*
† al. *locaſti.*

21. ** Piſcium magnam, atque altilium vim interfeciſti, vt nego.*

Nonius: *Interficere* conſumere.

* f. *magnam ſat piſcium, & altilium vim Interfeciſti vt video.* ——

22. * *Adde*



22. ** Adde eôdem triſtis ac ſeuerus philoſophus.*

Nonius: *Triſtis* doctus.

* v. c. *Addo eidem triſtes ac ſeueros philoſophos.*

23. ** Cæde oſtium, † gnate vrge; reſtant; periimus.*

Nonius: *Cædere* frangere. Idem: *Vrgere* inſiſtere.

* ita Had. Iun ex Ms. C.
† Fr. D. *gnaui vrge*

24. *Agite, agite fures, mendacia argutamini.*

Nonius: *Argutum* audax, malitioſum.

25. ** Sed fuga fingitur, timido vadit pede percitus.*

Nonius: *Fingere* parare.

* Fr. D. *St. fuga fingitur,*

26. *Quid ſic baliſtas iactas centenarias?*

Nonius: *Baliſtæ* ſaxa maiora & grauiora quibus iaciuntur.

27. *Primò redundat aurum, ac theſauri patent.*

Nonius: *Redundare* abundare, ſupereſſe.

28. *Perſuade, & tranſi, vel da, quamobrem tranſeas.*

Nonius: *Da,* dic.

29. ** Puer præterea noſtris qui ſubeant iubet.*

Nonius: *Subire* ſignificat ingredi.

* al. *Pueri* Fr. D. *Pueris*

30. *Malo herclè veſtro confectores cardinum.*

Nonius: *Conficere* frangere.

31. *Lucilius ſi in amore irritarit ſuo.*

Nonius: *Irritare* dictum eſt propriè prouocare. tractum à canibus, qui quum prouocantur irriunt.

32. ** Vtrum anno, an horno te † abſtuleris à viro?*

Nonius: *Hornum* ipſius anni.

* al. *Vtrumne anno*
† Scal. *abſtineris*

33. *Anno vertente dies tetri, miſeri, ac relligioſi.*

Nonius: *Religioſi* dies infames dicuntur & infauſti.

34. *Præterea hæc ſubſiciua ſi quando voles * operam.*

Nonius: *Subſicinum* ſecundum, ſequens.

* lego. *operâ.*

35. *Vitam, ac fortunas cui crediderim meas.*

Nonius: *Credere* fidei committere.

36. *Cui ſæpe impoſui mille plagarum in diem.*

Nonius: *Genitiuus* caſus poſitus pro accuſatiuo.

37. *Sarcinatorem eſſe ſummum, ſuere centonem optumè.*

Nonius: *Sarcinator* ſutor.

K 2 38. * *Tantè*

*f. — tanti Se tempeſtatis montes ad ſidera tollunt. Vide Not.*

38. **Tanti tempori ſe montes & fœdera tollent.*

Nonius: Tollere eſt eleuare.

39. *Verum tu quid agis? interpella me, vt ſciam.*

Nonius: Interpellare dicere, ducere.

*Fr. D. *in ſenectam nunc adoleſcentia eſt*

40. *Proſpiciendum ergo* in ſenecta, nunc adoleſcentia eſt.*

Nonius: *Senectam* pro ſenectute.

*Lips. *Damenetus.*

41. *In medium Chremes, in ſummum ire* adde menetus.*

Nonius: Ire eſt ambulare.

42. *Aquam te in animo habere intercutem.*

Nonius: *Aqua intercus* hydropum morbus, quaſi aqua inter cutem.

*lego, *Quare*

43. * *Quare pro facie, pro ſtatura ſtatus.*

Nonius: *Statura* gener. fæmin.

44. ——— *Quæq́ aſpectu ſunt ſpurca & odore.*

Nonius: *Spurcum* fætidum.

*Caſaubon. *clauis aneis*

45. *Fulmentas* eis atque æneis ſubcudere.*

Nonius: *Fulmenta* fæminino.

*f. — *Nec prouocat vllo Me pretio.* Ioſ. Merc. *Nec paruo catullio pretio,* vel, *catillo.*

46. **Nec par vocat vllo pretio.*

Nonius: *Pretium* dicitur, quod re empta datur.

47. *Coniice te intro, ac bono animo es.*

Nonius: *Es* pro eſto.

*Turn. *vtiliter adoceas lutum.*

48. *Nihil parui ac penſi, * vti litera doceas lutum.*

Nonius: *Penſum* ſignificat exæquatum, quod ſine inclinatione ſunt, quæ penduntur.

*al. *tua.*

49. *Hymnis ego animum ſic induco, quod* tu ab inſano auferas.*

Nonius: *Inducere* perſuadere.

QVÆ



# QVÆ SVPERSVNT EX SATYRARVM LIBRO XXIX.

*

*Scal. — *quid, hac cum feceris?*

1. ——— * *Hoc quum feceris,*
*Cum cæteris reus vna tradetur Lupo:*
*Non aderit: ἄρχαις hominem & ϛοιχέιοις ſimul*
* *Priuabit; quum igni & aqua interdixerit, duo*
*Στιχεῖα habet,* * *id maluerit: priuabit tamen.*

*Scal. *Eum priuabit. Igni & aqua interdixerit, Duo habet ϛοιχεῖα.*
*I. Douſa F. *hac maluerit.*

*Probus in Virgilij Eclog.* VI. Si ergo cælum pro igni acceperimus ſupereſt in eo quod ait: Spiritus intus alit, aërem dictũ præſumamus. Hic eſt etiam, qui nobis viuendi ſpiritum ac commeatũ largitur. Hoc illum & Ennius appellauit in Annalibus: item Lucilius in XXIX. Satyrarum: *Hoc quum feceris* &c.

2. *Habeasq́ animo mihi admodum cauſſam grauem*
*Fore, quæ me ab vllo commodo abducat tuo.*

Nonius: *Graue,* neceſſarium.

3. *Qui mihi quantum eſt inter humanum genus*
*Rerum, quod inter ſe coniungat, communicat.*

Nonius: *Coniungere,* copulare, dictum eſt à iugo.

*Frut. *At pol eſt numen,*
*Had. Iun. *Deliacis*

4. * *Apollo* ſt nomen, qui te antiquis non ſinet*
* *Deliciis maculam atque ignominiam imponere.*

Nonius: *Ignominia* eſt nominis nota.

5. *Deierat enim ſcripſiſſe & poſt non ſcripturum redi in conſortionem.*

Nonius: *Conſortio* fæminin.

*al. *Si Socratis amores.* Lips. *Si Socratis amores in adoleſcentulis meliore paullò facie ſ. nihil quod amaret,*

6. * *Si Socrates in amore, & in adoleſcentulis meliore paulo facie ſignat, nihilq́ amaret.*

Nonius: *Signare* eſt deſignare, oſtendere.

7. *Et amabat omnes, nam diſcrimen non facit, neque ſignat linea alba.*

Nonius: *Diſcrimen* ſeparatio, à diſcernendo. *Idem:* *Signare* diſcernere, ſeparare.

8. ——— *Tu quid iræ indulges nimis?*
*Manus à muliere abſtinere melius eſt.*

Nonius: *Indulgere,* augere.

9. * *Prius non tollas, quàm Tulli animum ex nomine, atque hominem ipſum interfeceris.*

Nonius: *Interficere*, occidere.

*Lips. – *prius non tollas, quàm Tullium Ex nomine atque omine ipſum interfeceris.*

10. *Amicos hodie cum improbo illo audiuimus*
*Lucilio aduocaſſe.* ———

Nonius: *Aduocaſſe*, prouocaſſe.

11. *Præterea vt noſtris* animos attendere dictis,*
* *Atque adhibere velis.* ———

Nonius: *Attendere*, eſt intendere.

*al. *animum*
* f. *Vtque aures adhibere v.*

12. *Hîc corpus ſolidum inuenies, hîc ſtare papillas*
*Pectore marmoreo.* ———

Nonius: *Stare*, erigi, prominere.

13. *Sic inquam veteratorem * illum, vetulum lupum*
*Annibalem acceptum.* ———

Nonius: *Accipere*, decipere.

*f. *vetulémque lupum illum,*

14. *At non ſunt ſimiles, neque dant: quid ſi dare vellent?*
*Acciperéſne? doce.* ———

Nonius: *Docere*, dicere.

15. *Cum manicis, * catulo, collariq́, vt fugitiuum*
*Deportem.* ———

Nonius: *Collare*, eſt vinculi genus, quo collum aſtringitur.

*f. *catulum, collaréque, vti fugitiuum*

16. * *Quiete poſcente minus, & præbent rectius multo,*
*Et ſine flagitio.* ———

Nonius: *Flagitium*, periculum.

*f. – *quiete Poſcent te minus, & præbebunt rectiu' multo*

17. *Si retinere hunc voles, ſi longius te producturum, & diutius.*

Nonius: *Producere*, dicitur longius ducere.

18. *Cohibet & domi mæſtus ſe Albinus; repudium quòd filiæ remiſit.*

Nonius: *Mæſtum*, triſte, miſerandum. Idem: *Remiſſum*, miſſum.

19. ——— * *ventrem alienum*
*Mæſtum fouere ex molito hordeo, vti* cataplaſmo.*

Nonius: *Mæſtum*, enectum fame. Idem: *Fouere* eſt nutrire, prouehere.

* I. Guill. *ventrem à lienum æſtu fouere*
* al. *cataplaſma.*

20. *Certum ſcio eſſe ita, vt dicis. nam mihi erant de illo explorata omnia.*

Nonius: *Explorare*, probare.

21. *AEtatem*



21. *AEtatem tibi iſtuc laturam, & bellum, ſi hoc bellum putat.*

Nonius: *Bellum*, elegans, melius, prudens.

22. *Primùm ex aduorſo, ſi quod eſt cœnaculum,*
*Quo recipiat te.* ———

Nonius: *Recipere*, reuocare.

23. ——— * *gymnaſioq́,*
*Vt ſchema antiquo ſpectatores* retineres.*

Nonius: *Schema*, neutro genere.

*f. *in gymnaſióque Schemate vt antiquo*
*al. *retinerem.*

24. *Vbi erat ſcopus*
*Eiicere iſtum abs te, quamprimum & perdere amorem.*

Nonius: *Eiectum*, excluſum.

25. *Hic me vbi videt, ſubblanditur, palpatur, caput ſcabit, pedes legit.*

Nonius: *Palpatur*, pro palpat. Feſtus: *Pedes* dicuntur, quos diminutiuè dicimus pediculos.

26. *Quid mihi proderit, quem ſatias iam omnium rerum tenet.*

Nonius: *Satias*, pro ſatietas.

27. *Nunc tu contra venis, vel qui in nuptiis, vel * ſe ſeneces, nec ſine pernicie.*

Nonius: *Pernicies*, periculum, exitium.

*al. *ſeſe neges te*

28. *Perge amabo; ac, ſi potes, face dignam me vt vobis putem.*

Nonius: *Putare*, æſtimare.

29. *Hoc * inueniſſet vnum ad morbum homini vel belliſſimum.*

Nonius: *Vel*, pro etiam.

*f. *eueniſſet*

30. * *Hæc eſt ratio: peruerſa æra: † ſumma & ſubducta improbè.*

Nonius: *Æra*, numeri nota.

* Scal. *Hæc eſt ratio peruorſa; æra ſumma ſubducta improbè.*
† Caſaub. *ſumma ſubducta eſt improbe.*

31. *Eodem vno hi modo rationes ſubducent ſuas.*

Nonius: *Subducere*, ſupputare.

32. *Age nunc ſummam ſumptus* ducatq́ æris ſimul atque alieni.*

Nonius: *Ducere*, voluere, pertrectare.

*I. Gruter. *ducat ſui æris ſimul atque alieni.*

33. **Tyroneo & non mortifero adfectus vomica, & vulnere.*

Nonius: *Vomica*, concaua loca, vetuſtate exeſa.

*lego, *Chyroneo*

34. *Magno, & non magna mercede, magno * quidem conduxeris.*

Nonius: *Conducere*, eſt ſicuti vſu.

* al. *quod*

35. * *In*

35. * *In mellus ſpem eſſe omnem, quouis † poſſem emungi volo.*
Nonius: Emungi, manifeſta ſignificatione manat.

* Frut. *In me illis ſpem*
† Frut. *poſſe me emungi bolo.*

36. *Non rediret ad ſe, atque illam exterminaret miſeram.*
Nonius: Exterminatum eſt extra terminos miſſum.

37. * *Nato quid actum eſt? depilati omnes ſumus.*
Nonius: Depilati, dictum rarefacti.

* Palmer. *Narro, quod actum eſt, depilati*

38. *Diuidant, differant, diſſipent, diſtrahant.*
Nonius: Diſtrahere eſt vendere.

39. * *Colligere auxilium, tametſi eſt indignum vt feram.*
Nonius: Ferre, adferre.

* Bongarſ. *Colligite* Paſſer. *Collegæ auxilium tamen etſi indignum feramus*, malim, *indignũ feramus.*

40. *Fautorem me tibi, amicum, amatorem putes.*
Nonius: Fauitorem, fautorem.

41. *Vt nunc hac re mihi opem atque auxilium offeras.*
Nonius: Offerre, adferre.

42. *Vos interea * lumen auferte, atque aulæa obducite.*
Nonius: Obducere, aperire.

* f. *Auferte lumen:* vt fiat Trimeter. al. *lumen adferte,*

43. *Quod te intromiſi, gratiam * referat mihi.*
Nonius: Referre, reddere.

* lego, *referas.*

44. *Tum illud epiphoni, quod * etiam tum nobile eſt.*
Nonius: Nobilis dicitur & notus.

* f. *etiamnum*

45. *Crus lapide, nihil eſt, credam ſi te offenderit.*
Nonius: Offendere, eſt percutere.

46. *Nemo hos * ancipites ferro effringat cardines.*
Nonius: Anceps, duplex.

* f. *ancipite ferro*

47. *Vecte atque ancipiti ferro effringam cardines.*
Nonius: Anceps, acutum ex vtraque parte.

48. *Hiemem vnamquamque carpam.*
Nonius: Carpere, celeriter præterire.

49. *Pluteos excutit, tectaq́; & teſtudines reddit.*
Nonius: Reddere, facere.

50. *Adde alios omnes meo periclo ex ordine.*
Nonius: Periculum, eſt ſalutis diſcrimen.

51. * Pau-



51. * *Pauliſper cui me dem, edet hac ſe, vt polypus ipſa.*
Nonius: Polypus, generis fæminini.

* Scal. *Pauliſper comedens edet hac ſe, vt polypus, ipſa.*

52. *Surge mulier, ducito filum non malum.*
Nonius: Filum, oris lineamentum.

53. *Cùm ipſi in locum * deſcendant, cùm alios detrahant.*
Nonius: Detrahere, extrahere.

* al. *eſcendant.*

54. *Huc, aliò quum iter haberet, præteriens venit.*
Nonius: Habere, dirigere.

55. *Quid? quas partiret ipſe pro doctrina boni?*
Nonius: Partiret, pro partiretur.

56. *Vt ſi quod concupiſſet, non * aptus.*
Nonius: Aptus, ſignificat adeptus.

* f. *aptus foret.* vt fiat Trimeter.

57. *Nec ventorum flamina flando ſuda ſecundent.*
Nonius: Sudum dicitur, quaſi ſemiudum, vt eſt aër poſt pluuias ſerenus, & liquidus.

58. *Vnde domum vix redeat, * vixq́; hoc exuat ſe.*
Nonius: Exui, liberari.

* f. *vixque exuat hoc ſe.*

59. *Vrget grauedo ſæpius culpa tua.*
Nonius: Vrgere eſt premere, cogere.

60. *Deletionem noſtri ad vnum exercitus.*
Nonius: Deletio.

61. *Detruſus totâ, vi deiectusq́; Italiâ.*
Nonius: Deiicere, præcipitare.

62. *Hoc tum ille habebat, & ferè omnem Apuliam.*
Nonius: Habere, tenere, occupare.

63. *Vtrum * triſtis contorto aliquo ex Pacuuiano exordio.*
Nonius: Exordium eſt initium.

* lego, *triſti*

64. * *Deum rixa vertat verba obſcæna.*
Nonius: Obſcænum, vitabile.

* lego, *Deûm in rixã*

65. *Habes omnem rem. timeo ne accuſer.*
Nonius: Habere, audire.

66. * *Inſulta miſerum te quoque in me.*
Nonius: Inſultare, iniurioſius aliquid dicere.

* N. Fab. ex Ms. c. *Inſultat miſerum te quoque Muti.*

L 67. Primum

*Had. Iun. *Chryſa cùm*
Scal. *Chryſi cùm*
f. *Chryſidem*
† f. S. *aiunt noſtri, Graci ὑποσκελίζειν Dicunt.—*

67. *Primum* Chryſicum negat ſignatam reddere.*

Nonius: *Signatam*, integram virginem vetuſtas voluit dicere.

68. †*Supplantare aiunt, Græci ὑποσκελίζειν dicunt.*

Nonius: *Supplantare* dictum eſt, quaſi pedem ſupponere.

*Frut. *æquè*
Scal. *æquè*

69. *Diſſociat* atque omnia, ac nefantia.*

Nonius: *Nefantia*, pro nefanda.

70. *Quis tu homo es? nemo ſum homo.*

*Chariſius lib. 1.* Nemo in homine proprium eſt, quia ſignificat, ne homo. antiqui & pro nullo poſuerunt; ideoque *nemo* dicentes quaſi minus ſignificarent, & *homo* addebant, vt Terent. Nũquis hîc me ſequitur? nemo homo eſt. & Lucilius XXIX. *nemo eſt.* ideo dixit, *Quis tu homo es? nemo ſum homo.*

# QVÆ SVPERSVNT
## EX SATYRARVM
## LIBRO XXX.

*

*Scal. *Quo veniunt illæ gumiæ, vetulæ*
† P. Merul. *gluuia*

1. *Illo quid fiat Lamia, & Pytho oxyodontes,*
* *Quòd veniunt* † *genuæ illæ, vetulæ, improbæ, ineptæ.*

Nonius: *Genuæ* guloſi.

2. ——— *Leonem*
*AEgrotum ac laſſum.* ———

Nonius: *Laſſum* dicitur fatigatum.

Palm. *Deductâ ad hunc voce leo.*

3. *Deductâ tunc voce leo: Cur tu ipſa venire*
*Non vis huc?*

Nonius: *Deductum*, diminutum, ſuppreſſum.

*al. *&*

4. *Quid ſibi vult? quare ſit? vt intrò verſus, & ad te*
*Spectent, atque ferant veſtigia* ſe omnia prorſus.*

Nonius: *Spectare*, dirigere. *Idem*: *Ferre*, dirigere, ducere.

5. *Scito etenim bene longinquum mortalibu' morbum*
*In vino eſſe, vbi qui inuitauit dapſilius ſe.*

Nonius: *Inuitare* ſignificat repleri.

6. *Cui vultu ac facie, ludo, ac ſermonibu' noſtris*
*Virginis hoc pretium, atque hunc reddamus honorem.*

Nonius: *Pretium* pro præmio. *Idem*: *Honor*, præmium.

7. *Tune*



7. *Tune iugo iungas me antè? & ſuccedere aratro*
*Inuitum, & glebas ſubigas proſcindere ferro?*

Nonius: *Subigere*, cogere.

8. *Continuò, ſimul ac paullo vehementius aura*
*Inflarit, fluctus erexerit; extuleritq́.*

Nonius: *Efferre*, erigere, leuare.

9. * *Omnia tamendo mucro videas feruente micare.*

Nonius: *Micare*, per vices ſine ordine mouere.

* Bongarſ. *Omnia tũ endo mari videas feruente micare.*
Turn. *Omnia tum endo mucho,*
*Turn. *—an equam te acrem*
Had. Iun. *Ante ergo Trinariam atq. animoſam Theſſaliã, indomitam frenis ſubigantque domẽntq.* è Ms codicis fide.
* f. *vt*
† Lipſ. *Commenta viãi*, Palm. *commenta viauit Aut*

10. ——— * *An ego te acrem atque animoſam,*
*Theſſalam vt indomitam frænis ſubigam antè domemq́.*
*Bellando* ———

Nonius: *Anima* iterum ſignificat iracundum, vel furioſum: vnde & animoſi dicuntur iracundi. *Idem*: *Subigere*, molliri vel exercere.

11. * *Aut quum iter eſt aliquo, & cauſſam* † *commentaui,*
*Vt apud aurificem, ad matrem, cognatam, ad amicam.*

Nonius: *Apud*, ad.

12. *Improbior multo, quàm de quo diximus antè:*
*Quanto blandior, hoc tanto vehementiu' mordet.*

Nonius: *Improbum*, ſæuum.

* I. Guill. *Qui non ſpectandi ſtudio, ſed hominis tetri impulſu ingreſſus —*
f. *tetri ſed hominis*, reliqua vt Guill.
* f. *ſi eadem hæc proferre potiſſet,*

13. * *Qui non exſpectans ſpectandi ſtudio, ſed hominis tetri impulſu ingreſſus.*

Nonius: *Tetrum* dicitur illuuioſum, fætidum.

14. *Sperans ætate* * *eandem hæc proferre poteſſet*
*Manſum ex ore daturum.* ———

Nonius: *Manſum*, mandendum aut manſatum.

* f. *Sicubi*
* lego, *tuas p. a. illatámque d.*
† Lipſ. *claram alata dicaſſet*
Giſan. *claram allata d.*

15. ——— * *Sic vbi ab aureis*
*Fama* * *tuam pugnam* † *claram allatam dicaſſet.*

Nonius: *Dicare*, indicare, nuntiare.

16. ——— *Curare domi ſint*
*Gerdius, ancillæ, pueri, zonariu', textor.*

Nonius: *Gerdius*.

17. *Cui vbi* deciminutia meæ epitegina appepeli longè opera ante alia omnia.* *al. *dedi. minutia mea ἐπίταγμα, appendi*

Nonius: *Longè*, etiam valdè.



18. *Quin*

*al. perurgeas.

18. *Quin totum* purges, debelles me atque deaures, exſultes, ſollicites.*

*Nonius:* *Exſultare* eſt geſtu, vel dictu iniuriam facere.

Ex emendatione Scal.

19. *Maximu' ſi argenti ſexcentûm, ac mille reliquit Imberbi androgyni, barbato mœchocinædo.*

*Nonius:* *Sexcentûm* pro ſexcentorum. *Idem:* *Imberbi* pro imberbo.

20. *Quid verò eſt, centum ac ducentûm poßideas ſi Millium?* ———

*Nonius:* *Ducentûm* pro ducentorum.

*I. Guill. *Eloquar* – quod alterius Hexametri principium facit.

21. *Omnia alia, in quibus efferimur rebus, ne ego multis* loquar.*

*Nonius:* *Efferre*, extollere.

*Had. Iun. *bacre* f. *arte*
*cautum cuſtodem. ex Plauto.

22. ——— *quid quærimus* acre Inductum* cantu, cuſtoditum.* ———

*Nonius:* *Induci* eſt aliquibus fallaciis decipi.

*Turn. *Hic vt muſcipulæ tentæ atque vt ſcorpiu' c. ſ.*

23. * *Hic vt muſcipula contenta, vt ſcorpiu' caudâ Sublatâ* ———

*Nonius:* *Tenta* dictum pro extenſa.

*f. *Quantas quótque modo*

24. * *Quantaſq; modo ærumnas, quantoſq; labores Exanclaris.* ———

*Nonius:* *Exanclare* etiam ſignificat perpeti.

25. ——— *Vt pecudem te aſinumq;, vt denique naſci Præſtiterit.* ———

*Nonius:* *Præſtat*, vtile eſt.

* Scal. *fabulóque, fimo, atque ſucerda.* f. *ſtabulique fimo, atque ſucerdu.*

26. *Hîc in ſtercore humi,* fabuliſq;, fimo, atque ſucerdis.*

*Nonius:* *Sucerdæ.*

*Frut. *planus*, Had. Iun. *blennus*

27. *Deblaterat* plenus, bonu' ruſticu' concinit vna.*

*Nonius:* *Deblaterare* eſt obloqui, confingere.

28. *Quantum haurire animus Muſarum è fontibu' geſtit.*

*Nonius:* *Haurire*, exhaurire, implere. *Idem:* *Geſtire*, cupere.

29. *Et ſola ex multis nunc noſtra Poëmata ferri.*

*Nonius:* *Ferre*, laudare.

30. *Nunc Cai quoniam incilans nos lædi' viciſsim.*

*Nonius:* *Incilare* eſt increpare vel improbare.

31. *Et*



31. *Et ſua perciperet retrò* rellicta iacere.* *lego. *reiecta*

*Nonius:* *Iacet*, ſordet, nec lætus eſt.

32. *Quum me hoc tempore nugator cognoſcere non vis.*

*Nonius:* *Nugator*, turbator.

33. *Summatim tamen experiar reſcribere paucis.*

*Nonius:* *Experiri*, tentare.

34. *Idq; tuis ſæuis* factus, & triſtibu' dictis.* *I. Guill. *dictis, ac triſtibu' factis.*

*Nonius:* *Sæuum*, durum. *Idem:* *Triſte*, crudele, immite.

35. * *Neminis ingenio quenquam confidere oportet.* * Non. *Neminis ingenium tantum confidere oportet.*

*Priſcianus lib.* VI. *Nemo* quoque ſiue ex hoc compoſitum, vt quibuſdam videtur, ſeu non, communis eſt generis, & ſimiliter o in i conuertit in genitiuo, vt *Nemo neminis.* *Nonius:* *Neminis* poſitum pro nullius.

36. *Si liceat facere,* atque hoc verſibu' reddere, quod do.* * v. c. *& iam hoc*

*Nonius:* *Da*, dic.

37. * *Sicuti te, qui ea, quæ ſpeciem vitæ putamus eſſe.* *lego, *Sicuti te, quem æquæ ſpeciem vitæ eſſe putamus.*

*Nonius:* *Speciem* ſpecimen vel exemplar.

38. **Secus cùm è medio ac ludo bene potu' receßit.* * lego, *Serus cùm è medio luſtro, ac bene potu' r.*

*Nonius:* *Potus* à bibendo.

39. *Caluu' Palatinâ, vir nobilis, ac bonu' bello.*

*Nonius:* *Bonus* & fortis & pius dici poteſt.

40. *Et ſæuo, ac duro in bello multo optimus* hoſtis.* *al. *haſtis.*

*Nonius:* *Sæuum* dicitur immite. *Idem:* *Durus*, nocens.

41. * *Quod tuas laudes † culpas, non proficis hilum.* *f. *Quódque tuas* P. Mer. *Quod tunas* † al. *culpes*

*Nonius:* *Hilum*, breue quoddam.

42. *Sed tamen hoc dicas,* quid eſt, ſi nenu moleſtum eſt?* * Scal. *quid hoc eſt*, f. *quidnam eſt*,

*Nonius:* *Nenu* pro non.

43. *Lanæ opus omne perit,* pallor, tineæ omnia cædunt.* *al. *ſquallor*,

*Nonius:* *Cædere*, conſumere. *Idem:* *Pallorem*, vetuſtatem, negligentiam.

44. *Planta vna eſt pedibus carioſis* menſulibano.* *Turn. *menſula vino.* Had. Iun. *mens elephanti*, vel, *menſu elephanti.* vide Notas.

*Nonius:* *Caries* eſt vetuſtas.

45. *Non datur; admittit nemo; nec viuere ducunt.*

*Nonius:* *Ducere*, exiſtimare, iudicare.

46. *Cuia opera* Troginu' calix per caſtra cluebat.* *Had. Iun. *Terginocalix* Scal. *terginu' calix*

*Nonius:* *Cuia* pro cuius. *Idem:* *Cluet*, nominatur.

L 3 47. *Gratia*

47. *Gratia habetur vtriſque* * *illis quæ ſibi quæ ſimitu.*
Nonius: *Simitu* pro ſimul.

* Had. Iun. *illiuque tibique*

48. *Calcitulæ accedunt* * *priuæ centonibu' binis.*
Nonius: *Priuum* eſt proprium vniuscuiuſque.

* I. Guill *binæ centonibu' priuæ.*

49. *Quid tu iſtuc curas, vbi ego oblinar, atque voluter?*
Nonius: *Volutari* dicitur volui.

50. *Quid ſeruas, quò eam, quid agam? quid id attinet ad te?*
Nonius: *Seruare*, ſollicitè & ſuſpicioſè obſeruare.

51. *Quid dare, quid ſumpti facere, ac præbere* * *potiſſet*
Nonius: *Sumpti* pro ſumptus.

* f. *potiſſet.*

52. *Si laqueis, manicis, pedicis mens irretita eſt.*
Nonius: *Manica*, quibus manus vinciuntur.

53. *Gaudes, cùm de me iſta* * *foris ſermonibu' differs.*
Nonius: *Differre*, diffamare, diuulgare.

* P. Merul. *feris*

54. *Et maledicendo multis ſermonibu' differs.*
Nonius: *Differre*, diuidere, vel ſcindere.

55. *Hæc dum me inſimulas, nónne ante in corde volutas?*
Nonius: *Volutare*, cogitatione perquirere.

56. *Ipſo cum domino calce omnes excutiamus.*
Nonius: *Excutere*, excludere, deiicere.

58. *Vt ſemel* * *in cæli pugnas te inuadere vidi.*
Nonius: *Inuadere* eſt appetenter incipere.

* lego, *in Cæli pugnos*

59. * *Virtutis hæc tuæ artis monumenta locantur.*
Nonius: *Locare*, conſtituere.

* Had Iun. *Virtutiſque tuæ, atque*

60. *His te verſibus interea contentu' teneto.*
Nonius: *Contentus* dicitur, cui res etiam parua abundè eſt.

61. *Producunt me ad te,* * *tibi me hæc oſtendere cogunt.*
Nonius: *Producere*, foras ducere.

* f. *tibique hæc*

62. *Quanti nos faciant* * *ſocij quum parcere poſſunt.*
Nonius: *Parcere* eſt veniam dare.

* lego, *ſcetis*

63. *Et virtute tua, & claris conducere chartis.*
Nonius: *Conducere*, conuertere.

64. Quòd



64. *Quòd ſua committunt mortali clauſtra Camænæ.*
Nonius: *Committere*, credere.

65. *Hoc etiam accipe quod* * *dico: nam pertinet ad rem.*
Nonius: *Accipere*, audire.

* Fr. D. *dicam*

66. * *Publicâ lege vt mereas, præſto eſt tibi Quæſtor.*
Nonius: *Meret* pro meretur.

* f. *Publicâ vti lege as* Frut. *Publicia lege vt*

67. *Accipiunt leges,* * *populus quibus legibus exlex.*
Nonius: *Exlex* eſt qui ſine lege viuit.

* lego, *populus: Quis legibus exlex?*

68. *Aut* * *operatu' aliquo in celebri cum æqualibu' fano.*
Nonius: *Operari* eſt Deos religioſe, & cum ſumma venereratione ſacrificiis litare, vel conuiuari.

* I. Guill. *operata*

69. *Quem ſcis ſcire tuas omnes maculasq́ꝫ, notasq́ꝫ.*
Nonius: *Macula*, turpitudo.

70. *Hæc veſtimentis maculoſis tum aſpicit ipſe.*
Nonius: *Maculoſum*, ſordidum, immundum.

71. *Quem ſumptum facis in luſtris, circum oppida luſtrans.*
Nonius: *Luſtrari*, dicimus & ſcortari, à luſtris.

72. *Iuratam ſe vni, cui ſit data* * *deq́ꝫ dicata.*
Nonius: *Dicare*, tradere.

* ita leg.

73. * *Præſeruit,* † *labra delicit, delinit odore.*
Nonius: *Delinitus*, delectatus.

* Had. Iun. *Præſternit labra delicijs,* † Turn. *labra delingit*, lego, *labra delicat, hinc delenit amore.*

74. *Senſu nutricatum ſanè caput obruit ipſe.*
Nonius: *Nutricatur* pro nutricat.

75. *Euplocamo* * *digitis, diſcerniculumq́ꝫ capillo.*
Nonius: *Diſcerniculum*, acus quæ capillos mulierum ante frontem diuidit, dictum à diſcernendo.

* Scal. *digitos*, f. *digitus*

76. *Et circum volitant ficedulæ, turdi,* * *curatus coci.*
Nonius: *Curatum* cum delectu apparatum.

* lego, *curatu*

77. *Sed quid ego hæc animo trepidanti dicta profundo?*
Nonius: *Trepidare*, metuere.

78. *Nolito, tibi me maledicere poſſe, putare.*
Nonius: *Nolito*, pro noli.

79. *Tri-

79. * *Triſtem, & corruptum ſcabie, & porrigini' plenum.* — *al. Triſte Fr. D. Tetrum ac

*Nonius:* Porrigo, morbi genus.

80. *Quæ quondam* * *populi oris aures, pectora rumpit.* — *Lego. popularibus aures, pectora rupit.

*Nonius:* Rumpere, defatigare.

81 *Nemo* * *iſtum ventrem pertundet, delicet vti, atque videbis.* — *al. iſtum in

*Nonius:* Delica eſt aperi & explana.

82. *Hoc miſſum* * *facies, illo me vtere libente.* — *al. facias

*Nonius:* Mittere, omittere.

83. *Sublatus pudor omni', licentia, fænu' refertur.*

*Nonius:* Sublatum, dicimus remotum.

84. * *Et illud quoque mite malum, blandum atque doloſum.* — *lego, Eſt

*Nonius:* Mitis, tranquillus & lenis.

85. *Contra hæc inuitaſſe,* * *aut inſtigaſſe videntur.* — *lego, haud

*Nonius:* Inuitare, apertam habet ſignificantiam.

86. *Omnes formoſi,* * *fortes, tibi ergo improbus eſto.* — *Had. Iun. fortes tibi, ego improbus: eſto. lego, fortes: ergo improbus es tu.

*Nonius:* Fortis, etiam diues. *Idem:* Improbum, turpe.

87. *Vir mare metitur magnum, & ſe fluctibu' tradit.*

*Nonius:* Metiri eſt tranſmeare.

88. *Quis totum ſcis corpus iam peroleſſe biſulcis.*

*Priſcianus lib.* IX. *Peroleſſe* pro peroleuiſſe.

89. * *Et Mutonis manum perſcribere poſſe tagacem.* — *Non. Et Muſconi' manu perſcribere poſſet Aiacem Fu. Vrſin. Et mutoni' manu perſcabere poſſe tagacem.

*Feſtus:* Tagax, furunculus à tangendo dictus. cuius vocabuli Lucilius meminit: *Et mutoni' manu* &c. *Nonius:* Tangere eſt circumuenire.

90. *Nonnunquam dabit ipſa ætas, quod poßit habendo.*

*Seruius lib.* II. *Georg. ad illud Virgilij: Et quos aut pecori malint ſubmittere habendo*] * id quod habetur. vt Lucilius in XXX. *Nonnunquam dabit,* &c. *Iun. Philargyrius.* — *al. vt habeatur.

91. * *Inde canino ritu* † *oculiſq́; inuolem.* — *Giſan. Endo canino rictu † Lips. ocul' óſque pro oculos.

*Nonius:* Inuolare eſt irruere inſilire, aut à volatu, aut à vola, id eſt media manu dictum.

92. *Multis* * *inductis ſermonibu' concelebrarunt.* — *al. indu locis Lipſ. endo locis Giſan. inde loci † Lipſ. diſamare, vel, diuulgare

*Nonius:* Concelebrare, † diu amare, dictum à celebritate.

93. *Inſperatò abiit, quem vnâ angina abſtulit horâ.*

*Nonius:* Angina, genus morbi, eo quod angat.





94. *Vnus conſternit nobis vetu' veſtibus aptus.*

*Nonius:* Aptum, rurſus connexum & colligatum ſignificat.

95. *Neu quis te ignoret famulis ſubducere.* ———

*Nonius:* Subducere eſt ſurripere.

96. * *Quodq́; adeò fuerint,* † *qui temnere ſuperbum.* — *Scal. Quæq. adeo fuerint, qui te temnere ſuperbum. † f. qui te tempſere ſuperbi.

*Nonius:* Temnere, contemnere.

97. * *Præſtringatq́; oculorum aciem ſplendore micanti.* — *Lamb. Præſtringátque

*Nonius:* Præſtringere dictum eſt valde ſtringere, & claudere.

98. ——— *Ruis* * *hæc, & colligis omnia furtim.* — *v. c. has

*Nonius:* Ruere, irruere ſine cautela. *Idem:* Colligere, auferre.

99. ——— *Quandoq́; pudor ex pectore ceßit.*

*Nonius:* Cedere ſignificat ſecundum conſuetudinem abire ſuperatum, & locum victori dare.

100. ——— *Neque barbam immiſeris iſtam.*

*Nonius:* Immittere, dimittere ad prolixitatem.

101. ——— * *Conficit ipſe, comeſtq́;.* — *lego. ſe conficit ipſe, comeſtque.

*Nonius:* Comeſt pro comedit.

## EPODIS HYMNIS.

*

*Sine eugio* * *ac deſtina.* — * Had. Iun. Acdeſtin. de qua Pauſanias in Achaicis & Arnob. lib. 5.

*Nonius:* Eugium media pars inter naturalia muliebria.

## * SERRANO.

*

*Cæli nomine &* † *ſalis fretus.* — * MS. C. Erancecili. Had. Iun. An Siculi nomine ſalis fretus. † f. ſalſi fretus.

*Nonius:* Fretus maſculini generis.

## NVMMVLARIA COMOEDIA.

*

*Neſcio quorſum mihi* * *eueniunt tua verba tam delenifica.* — *al. eueniant

*Fulgentius de Priſco ſermone:* Delenificus, blandiloquus. * Lucilius Comicus Nummularia: *Neſcio quorſum mihi* &c. — *v. c. Lucretius

*

*Porphyrion in Artem Poeticam Horatij: Pythias perſona Comica in Comœdia Lucilij: quæ inducitur per aſtutias accipere argentum à Simone domino ſuo in dotem ſuæ filiæ.*

# RELIQVIARVM RELIQVIÆ

## ſuperioribus addendæ.

*

*ex emendatione Scaligeri. 1. ——— * *Sanctu' Serapis,*
*Iſis, & Harpocrates, digito qui ſignificat* ST.

*Varro de Ling. Lat. lib.* IV. Principes Dei, Cęlum & Terra: hi dij iidem qui in Ægypto *Serapis & Iſis & ST Harpocrates digito ſignificat.*

2. *At magnum fecit, quod verbis Græca Latinis*
*Miſcuit.* ———

*Iul. Rufinianus de ſchemate dian.* Exuthenismos. figura hæc fit, cùm rem aliquam extenuamus & contemptam facimus. vt apud Lucilium: *At magnum fecit,* &c.

3. *Cretatumq́ bouem duci ad Capitolia magna.*

*Commentarius in Iuuenal. lib.* IV. *Sat.* X. ad illa: Pone domi lauros, duc in Capitolia magnum, Cretatumq́ue bouem.

*Scal. *Indimus ei Tomicesaanabinae.* 4. * *Vidimus vinctum thomice cabina.*

*Fr. D. *impoliti* *Feſtus: Thomices* Græco nomine appellantur canabi * impoſiti & ſparto leuiter tortæ reſtes, ex quibus funes fiunt.

5. *A. Gellius Noct. Attic. lib.* VII. *cap.* III. Rectè, inquit, (Tiro Tullius M. Ciceronis libertus) hoc vitio dat Lucilius Poëta Euripidi, quod quum Polyphontes Rex propterea ſe interfeciſſe fratrem diceret, quod ipſe ante conſilium de nece eius cepiſſet, Ærope fratris vxor hiſce eum verſibus eluſerit:

> Εἰ γὰρ σε ἔμελλεν, ὡς σὺ φῄς, κτείνειν πόσις,
> Χρὴ καί σε μέλλειν, ὡς χρόνος παρῆλθεν.

At hoc enim, inquit, planè ſtultitiæ plenum eſt, eo conſilio atque ea fini facere nolle aliquid, vti numquam id facias, quod velis.

6. *Decuis, ſiue decuſſis eſt.*

*Varro de Ling. Lat. lib.* VIII. Et illud putant eſſe cauſſæ cur nō ſit analogia, quod Lucilius ſcribit, *Decuis ſiue decuſſis eſt.* qui errant: quod Lucilius non debuit dubitare, quod vtrumque: nā in ære vſque ab aſſe ad centuſſis numerus æs adſignificat, & eius numero finiti caſus omnes à dupondio ſunt.

7. *Seruius ad illa Virgilij lib.* IX. *Æn.* Emathiona Liger, Chorineum ſternit Aſylas; Hic iaculo bonus, hic longè fallente ſagitta: Ortygium Cæneus, victorem Cænea Turnus, Turnus Itin] Vt ait Lucilius, *bonum ſchema eſt, quoties ſenſus variatur iteratione verborum.*





# CENTONES ALIQVOT LVCILIANI,

## Ex diſiunctiſſimis Poëtæ illius fragmentis nouiter concinnati

A

IANO DOVSA NORDOVICE.

*

MVLTIS *inde loci ſermonibu' concelebrabit,*
*AEtatem & faciem, vt ſaga, & bona conciliatrix:*
*Quòd gracila eſt, pernix pedibus, quòd pectore puro,*
*Quòd puero ſimilis: neque vti Pyrgentia ſcorta.*
*Hîc corpus ſolidum inuenies, hîc ſtare papillas* Verba conciliatricis Lænæ.
*Pectore marmoreo.* ———
*Sic ſingillatim noſtrûm vnus quiſque mouetur.*
*Sicuti, quum primas ficus propala recentes*
*Protulit, & pretio ingenti dat primitu' paucas.*
*Quid ni? & ſcruta quidem vt vendat ſcrutariu', laudat*
*Præfractam ſtrigilim, ſoleam improbu' dimidiatam.*
*Eſt illud quoque mite malum, blandum, atque doloſum,*
*Quom poclo bibo eodem, amplector, labra labellis*
*Quòm figens compono, hoc eſt, quòm* ψωλοκοποῦμαι.
*Læna manu lacrimas mutoni abſterget amicâ,*
*Componetq́ latus lateri, tum cruribu' crura*
*Dilaxans, dabit in vulgam penetrare piloſam,*
*Criſſatura, vti ſi frumentum clunibu' vannat.*
*Hæc, vt muſcipulæ tentæ, atque vt ſcorpiu' caudâ*
*Sublatâ, non te porro procedere porcent?*

*

——— * *Legem* *id eſt, pœnam legis.
*Vitemus Licinî Fannî centuſſe miſello,*
*Quæ gallam bibere, ac rugas conducere ventris*
*Farre aceroſo, oleo, & Cumano pane coëgit.*
*Oſtrea nulla fuat; non purpura nulla Pelori;*
*Pulmentaria, vt intybus, aut aliqua id genus herba,*

*Aſparagi molles, fici comedantur & vuæ,*
*Flebile cæpe ſimul, lacrymoſaq́; ordine thallæ,*
*Et ius mænarum; bene habet. ſin mictyris hæc merx,*
*Caſeus allia mollibit, cum pulte adipatâ.*
*O lapathe, vt iactare neceſſe eſt, cognitu' cui ſis.*
*In quo Læliu' clamores Sophos ille ſolebat*
*Edere, compellans gumias ex ordine noſtros:*
*O Publi, ô gurges Galloni, es homo miſer, inquit;*
*Cænaſti in vitâ nunquam bene, quum omnia in iſto*
*Conſumis, ſquillâ, atque acipenſere cum decumano.*
*Læliu' præclarè, & rectè σοφὸς, illaq́; verè.*
*Occidunt, Lupe, ſaperdæ te & iura ſiluri,*
*Sumina te atque amiæ, turdi te, & viſcus aprinum.*

*

*Firmiter hoc, probiterq́; tuo ſi pectore fixum*
*Eiicere iſtum abs te quamprimum, & perdere amorem;*
*Vicimus, ô ſocii, & magnam pugnauimu' pugnam:*
*Virtutiſq́; tuæ hæc ergo monimenta locamus.*
*Macte proin virtute, ſimulq́; his verſibus eſto.*
*Sin laqueis, manicis, pedicis mens irretita eſt,*
*Nolito tibi me maledicere poſſe putare.*
*Vis eſt vita (vides) quæ nos facere omnia cogit.*
*Sic ſingillatim noſtrûm vnuſquiſque mouetur:*
*Neminis ingenio quemquam confidere oportet.*
*Sicuti te, quem æquæ ſpeciem vitæ eſſe putamus,*
*Corporis è ſignis animo ægrotare videmus,*
*Nec poſſe infamem, turpemq́; odiſſe popinam.*
*Sed tamen hoc dicas: Quidnam eſt, ſi nenu moleſtum eſt,*
*Quamuis de ſubitò trinis deducere ſcalis?*
*Quid tu iſtuc curas, vbi ego oblinar atque voluter?*
*Serus quum è medio luſtro, ac bene potu' receſti.*

*

*Lippus edundâ acri aſſiduè ceparius cepâ*
*Liuiu' pauper, ait, ſe ingentia munia fungi,*
*Rauſuro Tragicus qui carmina perdit Oreſte.*
*Quantum haurire animus Muſarum è fontibu' geſtit.*
*Tum paucis malle, ac ſapientibus eſſe probatum:*
Η πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν.
*Cui neque iumentum eſt, nec ſeruus, nec comes vllus,*
*Bulgam, & quidquid habet nummorum, ſecum habet ipſe.*





*Cum bulgâ cænat, dormit, lauat, omnis in vnâ*
*Spes hominis bulgâ, hâc deuincta eſt cætera vita.*
*Peniculamentum verò reprehendere noli.*
*Scis ποιήτικον eſſe; vides tunicam, & toga quid ſit.*
*Adde Syracuſis ſola, paſceolumq́;, & alutam.*
*Id ſolum aduorſæ Fortunæ, reiq́; reſiſtit,*
*Quod ſua committunt mortali clauſtra Camœnæ.*
*Cætera contemnit, & in vſurâ omnia ponit*
*Non magnâ; proprium verò nil neminem habere.*

*

*Quare (vt diximu') non video, hîc quid magnopere optem:*
*Naumachiam licet hæc, inquam, alueolumq́; putare, &*
*Calces, delectes te, hilo num rectiu' viuit*
*Maximu', ſi argenti ſexcentum, ac mille relinquat*
*Imberbi androgyno, ac barbato mœchocinedo?*
*Sic ſingillatim noſtrûm vnuſquiſque mouetur:*
*Triſtes, difficiles ſumu', faſtidimu' bonorum.*
*Hic tricoſu', bouinatorq́;, ore improbu' duro,*
*Quem neque Lucanis oriundi montibu' tauri*
*Ducere protelo validis ceruicibu' poſſent.*
*Tu milli nummûm potes vno quærere centum,*
*Sallere murænas, mercem in frigdaria ferre.*
*Durum, molle vorans, fragmenta interfici' panis.*
*Volturius ruis hinc, & colligis omnia furtim:*
*Hinc mare metiris magnum, & te fluctibu' tradis.*
*Fundi delectat virtus te; villicu' paullo*
*Strenuior ſi euaſerit.* ———

*

*Nunc verò à mane ad noctem, feſto atque profeſto*
*Toto itidem pariterq́; die, populuſq́; patreſq́;*
*Iactare indu foro ſe omnes, decedere nuſquam:*
*Vni ſe, atque eîdem ſtudio omnes dedere & arti,*
*Verba dare vt cautè poſſint, pugnare doloſè;*
*Blanditia certare, bonum ſimulare virum ſe;*
*Inſidias facere, vt ſi hoſtes ſint omnibus omnes.*
*Sublatus pudor omni', licentia, fænu' refertur:*
*Nemo hîc vindicias, numen, neque ſacra veretur:*
*Tapullam rident Legem congerræ Opimi:*
*Idola, atque atomos Epicuri credere malunt,*
*Non epulo Diuorum aliquem, neque proſicie vllâ*

*Dignantes: hinc ſe peccare impune rati ſunt*
*Poſſe, ac nobilitate facul propellere iniquos.*
*In quo toto etiam mihi cælo errare videntur:*
*Namq́; videtis, uti multos menſesq́; diesq́;,*
*Non tamen ætatem tempeſtate hac ſceleroſi*
*Lætentur.* ———

*

*Quum tecum eſt, quiduis ſatis eſt, viſuri alieni*
*Sint homines, ſpiras, pallam, redimicula promit;*
*Euplocamo digitos, diſcerniculumq́; capillo.*
*Vt cùm iter eſt aliquo, & cauſſam commenta viai,*
*Aut apud aurificem, ad matrem, cognatam, ad amicam:*
*Aut operandum aliquo in celebri cum æqualibu' fano.*
*Tum verò ricini aurati, & nitet aurea mitra.*
*Hæc veſtimentis maculoſis aſpicis ipſe;*
*Quòd deformi' ſenex, quòd pœdidus, ac podagroſus,*
*Quod mancus, macer, exilis, cum ramice magno.*
*Si verò des, quod rogat, & ſi ſuggeri' ſuppum,*
*Magna penus paruo ſpatio conſumpta peribit.*
*Omnia viſcatis manibus leget, omnia ſumet;*
*Crede mihi, preſſè auferet omnia.* ———

*

*Huic homini Quæſtore aliquo eſt opus, atque chorago,*
*Publicitus qui mî, atque è fiſco præbeat aurum.*
*Nam ſi, quod ſatis eſt homini, id ſatis eſſe potiſſet,*
*Hoc ſat erat: nunc quum hoc non eſt, qui credimu' porrò*
*Diuitias ullas animum mî explere poteſſe?*
*Denique uti ſtulto nihil eſt ſatis, omnia quum ſint:*
*Sic tu illos fructus quæras, aduorſâ hieme olim*
*Queis uti poſſis, ac delectare domi te.*
*Quid verò eſt, centum ac ducentum poſſideas ſi*
*Millia, diuitiis pretium ſi ſoluere neſcis?*
*Quin potius vitam degens ſedatu' quietam, in*
*Tranquillum ex ſæuis te tempeſtatibu' transfers.*

*

*Quid multis? nemo eſt halicariu' poſterior te.*
*Eſt qui præciſo, atque epulis capiatur opimis,*
*Et non (pauper uti) Samio, curtoq́; catino,*
*Quem præclarus helops, quem Aegypto ſargu' mouebit.*
*Si argenti indigus eſt, ſe conficit ipſe comeſtq́;:*

*Si verò*



*Si verò das, quod rogat, & ſi ſuggeri' ſuppum,*
*Magna penus paruo ſpatio conſumpta peribit.*
*Quòd ſumptum atque epulas victû præponit honeſto.*
*Intereunt, labuntur, eunt rurſum omnia vorſum.*
*Nam quid mutino, ſubrectoq́; huic opu' ſigno?*
*Vt lurcaretur lardum, & carnaria fartim*
*Patrum conficeret?* ———

*

*Phryne nobilis illa, vbi amatorem improbius quem*
*Multis inductum ſermonibu' concelebrauit,*
*Quid dare, quid ſumpti facere, ac præbere potiſſit,*
*Præſeruit, labra delicat, hinc delenit amore.*
*Aſſequitur, necopinantem in caput inſilit, ipſum*
*Commanducatur totum complexa, comeſtq́;.*
*Si verò das, quod rogat, & ſi ſuggeri' ſuppum,*
*Magna penus paruo ſpatio conſumta peribit.*
*Omnia viſcatis manibus leget, omnia ſumet,*
*Crede mihi, preſſè auferet omnia.* ———

*

*Vir mare metitur magnum, & ſe fluctibu' tradit,*
*Continuò ſimul ac paullò vehementius aura*
*Inflarit, fluctus erexerit, extuleritq́;:*
*Flamina nec flando ventorum ſuda ſecundent:*
*Omnia tum endo mari videas feruente micare.*
*Proras deſpoliate, ac detundete guberna,*
*Tonſillas quoque præualidis in funibus aptas,*
*Fluctibus à ventisq́; aduerſis firmiter vt ſit.*
——— *tanti*
*Se tempeſtatis montes ad ſidera tollunt.*
*Armamenta tamen, malum, vela omnia ſeruo:*
*Funis enim præciſu' cito, atque anquina ſoluta eſt.*

*

*Mantica cantherî coſtas grauitate premebat,*
*Succuſſatoris tetri, tardiq́; caballi.*
*Verùm hæc ludus ibus, ſusq́; omnia deq́; fuerunt,*
*Susq́; hæc deq́; fuere (inquam) omnia, ludu' iocusq́;:*
*Illud opus durum, vt Setinûm acceſſimu' fines,*
*Αιγίλιποι montes Aetnæ omnes, aſperi, Athones.*

*

——— *his viſcus aprinum,*
*His itidem in cœnâ dabis oſtrea millibu' centum*

*Empta:*

*Empta: ( ſatis magnam nam piſcium, & altilium vim*
*Interfeciſti, vt video ) χῖοσε δυωάςης*
*Vinum defuſum è pleno dabit œnophoro, cui*
*Nil dempſit hir, & cui ſacculus abſtulerit nil.*

*

*—— Nam ſumptibu' magnis*
*Ampliter exſtructam ſimul atque accumbimu' menſam,*
*Malas tollimus hinc ambas, atque vtimu' rictu.*
*Pulchrè inuitati nimis, acceptiq́ benignè.*
*Vertitur œnophoris fundus, ſententia nobis.*
*Idem epulo cibus, atque epulæ Iouis omnipotentis.*

*

*—— Quid ego? ſimul oſtrea cerno,*
*Non norim fluuij limum, ac cænum ſapere ipſum?*
*Rugoſi, paſſique ſenes eadem omnia quærunt,*
*Hi quos diuitiæ producunt, & caput vngunt*
*Horridulum, quandóque pudor de pectore ceſſit,*
*Nequitia occupat hos, petulantia, prodigiáſque.*

*

*—— noſtris*
*Munifici vt, munéſque viri videamur amicis,*
*Ad cænam adducam, & primum hiſce abdomina thynni*
*Aduenientibu' priua dabo, cephaleáque atarnæ,*
*Dans bibere abſummo. ——*

*

*—— Cuius non audeo dicere nomen?*
*Quid refert dictis ignoſcat Mutius, an non?*
*Sic vetus ille Cato dignum quemcunque laceſſim*
*Appellare, quod ipſe ſibi non conſcius eſſet.*

*

*—— Ille alter abundans*
*Cum ſeptem incolumis pinnis redit ac recipit ſe:*
*Gallinaceu' ceu victor ſe gallus honeſte*
*Suſtulit in digitos, primoréſque erigit vngues.*

*

FRANCISCI



# FRANCISCI IANI F. DOVSÆ

# NOTAE

## IN

# C. LVCILII

## RELIQVIAS

### Quæ ſuperſunt ex incerto Satyrarum libro.

ANTEQVAM operam meam Reliquiis Lucilij commodem, res ipſa poſtulare videtur, vt pauca prius de ipſo, genere, vita, ac denique ſcriptis eius, quæ fortean cui negotium faceſſere poſſent, expediam. Primum itaque moneo nomen ipſius LVCILIVS ſimplici L. vbique reſcribendum, non LVCILLIVS, vt iam paſſim receptum video. Teſtes omnes veteres libri tam formis excuſi, quàm manu exarati, Ciceronis Horatij, Feſti, Nonij, & aliorum, qui teſtimonia eius ſæpius aduocant: in quibus ſemper LVCILIVS diſertim expreſſum inuenies. neque vnquam aliter in lapidibus priſcis. ad cuius rei fidem ſtabiliendam hanc inſuper auctoritatem addebat [redacted] Ioſephus Scaliger, cùm ei meam mentem aperuiſſem. Siquidem veteres haud aliter I productam, quàm EI diphthongum enũtiare ſolitos, quod ex antiquorum monumentorum inſcriptionibus probare ſuperuacuum fuerit. atque hinc LVCEILIVS eâdem ratione quâ SERVEILIVS ſcribi veteribus conſueuiſſe, itaque reſcribendum apud Martialem hunc ipſius Lucilij verſum: *Luceilî Columella heic ſitu' Metrophanes.* quo ſalebroſior quodammodo ſit, & antiquitatem magis reſipiat. cuius gratiâ eum laudat Martialis. Eandem porrò rationem in SERVILIO obtinere probant nummi veteres, quos exſtare non paucos vidi, cum his notis: C. SERVEILIVS. nam vocem hanc ſecundâ ſyllabâ productam legi debere ſatis indicat præter Sillium Italicũ, apud quem ſæpiculè eam reperias; Claudianus lib. I. in Eutropium hoc verſu: *Indomitos curru Seruilius egit Iſauros.* vnde manifeſta ſuſpicio eſt verſum illum Ennij, quem inter alios A. Gellius lib. XII. cap. IV. producit: *Huncinter pugnas compellat Seruilius ſic.* magiſtellorum audaciâ an imperitiâ fœdè interpolatum eſſe, ac fortean reſtituendum ad hoc exemplum: *Hunc inter pugnas Serueiliu' ſic compellat.* Illos enim veriſimile eſt aſperitate carminis offenſos, dum ei rei conſultum ire cupiunt, numerorum rationem nullam habuiſſe. Ne verò quis eorum ſententiæ accedat, qui temere Lucio prænomen faciunt Lucilio noſtro. nam Caium ſemper vocant Cicero, Quintilianus, alij. Luciliam gentem duplicem fuiſſe, Patriciam vnam, alteram Plebeiam, ex diuerſis ſcriptoribus colligo, præter eorum opinionem, qui Plebeiæ eius tantum meminerunt. ac Patriciæ quidem fuit Poëta noſter. cuius nobilitas vel ex ſolo Paterculo plana eſt, qui eum Equitem ſub P. Africano militaſſe ſcribit. cui accedant teſtimonia Horatij, quamuis ab inuito expreſſa & in eodem genere ſcribendi æmulo, hæc de ſemet Satyra I. alterius Sermonum libri coram C. Trebatio Iuriſconſulto profitentis: — *me pedibus delectat claudere verba Lucilî ritu, noſtrum melioris vtroque.* & ſtatim poſt: — *quidquid ſum ego, quãuis Infra Lucilî cenſum, ingeniumque.* ad quæ Porphyrion vetus interpres: *Conſtat enim Lucilium maiorem auunculum Pompei Magni fuiſſe. etenim auia Pompei ſoror Lucilij fuerat.* At Acron alter interpres eum *auum Magni Pompei* facit. quorum vtri potius accedã neſcio, cùm nihil eâ de re certi legendo potuerim comperire. Certe Velleius Paterculus eum magnum auunculum, ſed ex fratris filiâ, non ſorore, vt vult Porphyrion, videtur agnoſcere. ita enim capio verba eius de Cn. Pompeio, qui poſtea Magni cognomen ſortitus eſt, *Fuit hic genitus matre Lucilia, ſtirpis Senatoria.* cui coniecturæ meæ vir ampliſſ. Ant. Auguſtinus ſubſcribere videtur, ille enim in libro

 De gen-

De gentibus ac familiis Romanorum, matrem Cn. Pompei Magni ex fratre C. Lucilii Poëtæ natam autumat. Nec enim, ſi ea filia poetæ noſtri fuiſſet, C. Velleium rem tam inſignem ſilentio præteriturum fuiſſe veriſimile exiſtimo.

In Luciliâ gente Plebeiâ varias familias fuiſſe comperio, vt Balbos, Baſſos, Rufos, Secundos, Longos, Capitones. de quibus ſingulis conſulendi Cicero in Bruto, Epiſtolarum Famil. lib. III. epiſt. v. ad Atticum lib. XII. epiſt. v. Tacitus lib. II. Hiſtor. Pomponius I. C. de Origine Iuris, Inſcriptiones veteres, alij.

Natus eſt Lucilius Sp. Poſthumio Albino, L. Calpurnio Piſone coss. anno V. C. DCV. bello Punico tertio, Olympiade CLVIII. Sueſſæ Auruncorum. vnde Satyræ eius *Camœnæ Sueſſæ* ab Auſonio dicuntur, & *magnus Auruncæ alumnus* à Iuuenale vocatur, obſeruante [redacted] Scaligero. Sub P. Scipione Africano minore bello Numantino (quod incidit in annum V. C. DCXX) ſtipendia meruit. quo quidem tempore cum ad annos maximè natum ſexdecim colligimus. Eiuſdem Scipionis vitam priuatam poſtea deſcripſit. in quo Pſeudoporphyrionem manifeſti erroris conuincit Parens meus, qui *Lucilium vitam priuatam Scipionis, Ennium verò bella deſcripſiſſe* annotat. vbi malè nomina Scipionum inter ſe confuſa. Ennium enim Scipionis maioris res geſtas ceciniſſe conſtat. Lucilius autem vt eiuſdem vitam priuatam deſcripſerit, ratio temporum planè vetat. Amicos ac familiares Lucilij hos fuiſſe potiſſimum reperio: P. Scipionem Africanum minorem, C. Lælium, M. Licinium Craſſum, Sp. Albinum, L. Ælium Stilonem, Q. Vectium, Archelaum, P. Philocomum, Lælium Decimum, Q. Granium Præconem.

Nominatim carpſit & exagitauit in Satyris, quantũ quidẽ ex pauculis his fragmentis odorari poſſumus, Mutiũ Scæuolam, T. Albutium, Q. Cæcilium Metellũ, P. Rutilium Lupũ, Torquatum, M. Carbonem, L. Tubulum, P. Gallonium, C. Caſſiũ, L. Cottã, Claudium Aſellum, Q. Opimiũ, Nomentanũ, C. Cælium Iudicem, Trebellium, P. Pauum Tuditanum, alios. quin vniuerſum quoque populũ Romanũ tributim, vt inquit Horatius, arripiens, hoc eſt, omnes XXXV. tribus vrbis antiquæ, probroſis carminibus lacerauit. ac ne à Poëtis quidẽ mortuis Euripide, Ennio, Cæcilio, Pacuuio, Accio, aliiſque item illuſtribus obtrectandis temperare potuit ſibi, quominus ſcriptis vniuſcuiuſque ſæpius detraheret. Hinc ei libertatem & acerbitatem ſummam Quintilianus aſſcribit. qui locus non patitur me obliuione præterire alium ſimilem de Lucilio locum ſed corruptum. cuius auctor Vetus Horatij Interpres. apud quẽ ita legitur: *Satyra Horatij inter Lucilij Satyram & Iuuenalis media eſt. nam & aſperitatem habet, qualem Lucilius; & ſuauitatem qualem Iuuenalis.* vbi audacter repono: *acerbitatem.* quam aptè ſuauitati opponi, quæ ſtatim Iuuenali tribuitur, nemo negabit. & acerbitas cæteroqui propria Satyrographorum. Sic enim Horatius de ſe lib. II. Sermonum Sat. I. *Sunt quibus in Satyra videar nimis acer.* Amauit Lucilius Collyram puellam, eiusque nominis titulo decimum ſextum Satyrarum ſuarum librum inſcripſit. Seruum habuit nomine Metrophanem, cuius fidem ac probitatem publicè Epitaphio ei cõdito teſtatus eſt. Habitauit Romę in domo, quæ Antiochi regis filio obſidi publicè ædificata fuerat. Neapoli mortuũ ac publico funere elatum ait Euſebius anno ætatis ſuæ quadrageſimo ſexto. cui annorum rationi vide an non repugnet Horatius, qui eum ſenem facit illis verſibus: *— quo fit, vt omnis Votiuâ pateat veluti deſcripta tabellâ Vita ſenis.* quod quo pacto cum Euſebianis Chronicis conciliari poſſit nullus herculè video, niſi ſi ſolennem illam Seruitulliani Luſtri rationem ſequendam ducamus, qua vt lib. x. cap. XXIIX. ex Tuberone docet A. Gel. *Iuniores* ad annum vſque quadrageſimum ſextum, ſupraque eum Seniores fuerint appellati. Lucilium autem primum omnium ſe ac elegantiſſimum ingenium ſuum in hoc ſcribendi genere exercuiſſe, ac Satyrica carmina ſcribere cępiſſe, ex Horatio liquidò apparet, qui modò illum *Inuentorem* eius facit, modò *auſum*, ait, *primum in hunc operis componere carmina morem.* Nam quod Ennium aut Pacuuium quis obiiciat nobis, quorum etiam Satyrarum libri à Grammaticis laudantur, minus nihilo eſt. Titulo tenus quidem iis cum Lucilianis Satyris conueniebat re ipſâ diſſimillimis. Nam præter quòd diuerſis metrorum generibus eos conſcriptos comperimus, variis etiam rebus confertos fuiſſe (ſiquidem Satyræ titulus id promittere videbatur) nec quidquam fellis, aut amarulentiæ in ſe continuiſſe ſatis patet ex Diomede ſcribente lib. III. Grammat. *Satyra eſt carmen apud Romanos, non quidem apud Græcos, maledicum & ad carpenda hominum vitia Archææ Comœdiæ charactere compoſitum, quales ſcripſerunt Lucilius & Horatius & Perſius: ſed olim carmen quod ex variis Poematibus conſtabat Satyra vocabatur, quales ſcripſerunt Pacuuius & Ennius.* Poſſem eidem rei firmandæ aduocare teſtimonia Quintiliani, Donati, & Veterum Interpretũ Horatij; ſed ea vt minimè in re certâ & indubitatâ neceſſaria, & quia partim alibi ea collocaui, hîc ſciens prætereo. Hinc etiam manifeſtò liquere arbitror vanitatem illorum,





qui Lucilium Iambicos, & Trochaicos Heroicis verſibus immiſcuiſſe perſuadere conati ſunt nobis. Nec verò Iambico ac Trochaico carmine eũ omninò vſum fuiſſe negauerim: nam id præter ipſas Lucilij Reliquias Diomedis auctoritate confutare facillimum ſit, qui eum cum Catullo, Horatio, Bibaculo inter præcipuos Iambici carminis ſcriptores recenſet: ſed ſicubi iis vſus eſt, nullum præterea aliud metri genus ibidem vſurpaſſe affirmare auſim. Sic igitur de ſcriptis eius in vniuerſum habeto. Triginta libros Satyrarum eum reliquiſſe. quorum XX. priores Hexametris totos conſtitiſſe ipſa fragmenta indicium pariter ac fidem faciunt: reliqui omnes, præter trigeſimum (qui denuò ex Heroicis compoſitus fuit) aut Iambicis, aut Trochaicis numeris conſtituti fuiſſe videntur. Si quos verò in iiſdem libris aliquando verſus Heroicos offendas, eos ab aliis aberraſſe putato incuriâ librariorũ maximè. quàm frequenter enim ab iis in numeris peccatum ſit, ei qui aliquando veteres codices cum recentioribus contulerit liquidò conſtare arbitror. Idem erroris commiſſum ſcias, quoties fragmenta aliqua ex libris XXXVI, aut XXXIX. apud Nonium citata inuenias: illa enim in emendatioribus libris ad XXVI, aut XXIX. referuntur. ac ſimilis mendæ Chariſium manifeſtum puto, apud quem ex XLIII. Lucilij vox *Calx* adducitur. quid enim, obſecro? an veriſimile ſit ex tanto librorum numero, quot inter XXX & XLIII reliqui ſunt, nullum ab vllo Grammaticorum verbum productum? exiſtimo proinde numeri notâ deceptos librarios pro XXIII nobis XLIII ſuccidaneum feciſſe. Nominatur & *Comœdia Lucilij* apud veterẽ Interpretem Horatij, & *Lucilius Comicus* apud Fulgentium de Priſco ſermone. quem non eſſe eundem cum noſtro Poetâ pænè præſtare auſim. idque eò magis quod in veteri libro Fulgentij *Lucretij Comici* nomen exſtabat. [redacted]. autem Scaliger *Rutilium* reponendum putat, quem citat idem Placiades. & eſt ille, cuius meminerunt Cicero primo de Finib. item Velleius Paterculus. Ego aut *Luſcium*, aut *Licinium*, aut etiam *Turpilium* vtrobique ſubſtituendum putabam, quorum omnium Comœdiarum præter alios Volcatius Sedigitus apud A. Gellium meminit, & vicinitas literarum facile impoſuerit non ſatis attento librario. Vno item loco apud Nonium *Lucilius Serrano* citatur, quo nomine Varro Satyram Menippæam ſcripſerat, vt probat idem Grammaticus diuerſis teſtimoniis ex eo productis. vnde ſuſpicatus fui ſemper has voces perperam ſcriptoris librarij oſcitantiâ coaluiſſe. ac deſiderari ibidem exemplum Lucilij, & nomen Varronis. & quidem id genus errores in Nonio à negligentibus librariis locis prope infinitis commiſſos, & alij animaduerterunt, & nos iam ſæpe obſeruauimus. qualem etiam illum puto, quandocunque *Lucilius Hymnis* citatur. Nam Hymnidem fabulam ex Menandro Latinam fecerat Cæcilius, ex quâ teſtimonia aliquoties aduocantur à Nonio & Feſto, eiuſdemque meminit Cicero. Sed hactenus: nec plura addo de ipſo, tranſeo ad Reliquias.

1. *Virtus, Albine, eſt.*] Ad Sp. Poſthumium Albinum hos verſus ſcriptos puto, qui Conſul cum L. Calpurnio Piſone fuerat; quemq. orationes multas ſcriptas reliquiſſe teſtatur Cicero in Bruto.

Ibid. *Magnificare hos.*] Alij, *Hos magnificere*, quod ſubditititium eſſe, & gloſſema τοῦ *magnificare* exiſtimo. ſic enim boni latinitatis auctores locuti ſunt. Plautus Ciſtellar. *— merito Veſtro amo vos, quia me colitis & magnificatis.* Idem Sticho: *— pudicitia eſt pater Eos magnificare, qui nos ſocias ſumſerunt ſibi.* Terentius Hecyra: *Quem ego intellexi illam haud minus, quàm ſeipſum magnificare.*

2. *Iactari indu foro.*] Alij, *endo foro.* Sed nihil mutandum ſuggerente [redacted] Scaligero. Indu enim & Endo idem. ſic Induperator, Endoperator.

3. *Græcum te, Albuti.*] De eodem Cicero in dialogo de claris Oratoribus: *Doctus etiam Græcis T. Albutius, vel potius, penè Græcus: loquor, vt opinor. Fuit autem Athenis adoleſcens, perfectus Epicureus euaſerat, ſed licet ex orationibus iudicare.* & lib. v. Tuſculanarum Quæſt. *Quid T. Albutius? non animo æquiſſimo Athenis exul philoſophabatur? cui tamen illud ipſum non accidiſſet, ſi in Republicâ quieſcens Epicuri legibus paruiſſet.* Marcus autem Varro de re ruſtica lib. III. cap. II, mentionem facit cuiuſdam L. Albutij hominis apprimè docti, & cuius Luciliano charactere libelli erant. ad cuius exemplum Auſonius, vt puto, Edyllio II & III Patris ſui, itemque prædioli elogium Luciliano ſtilo ſcripſerat.

Ibid. *Municipẽ Ponti, Titij, Anni.*] Confusè antea legebatur *Tritanni*, pro *Titi, Anni*, quod monſtrum nominis à finibus Romani imperij in extremos barbaros amandandum primus monuit clariſſimus I. Lipſius Antiq. Lect. lib. v. cap. II. nam Pontius, Titius, Annius gentilia & nota Romanis nomina.

Ibid. *hinc hoſtis Muti Albutius.*] Inter Mutium Scæuolam & T. Albutium inimicitias fuiſſe oſtendit præterea Cicero in Bruto: *Mutius autem Augur, quod opus erat, per ſe ipſe dicebat, vt de pecuniis repetundis contra T. Albutium.*

4. *Arte, pauimento atque emblemate.*] [redacted]. Scaliger in Manilium *Arte pauimenti* repoſuit, cæterum vulgatam lectionem nunc retinendã magis putat, vt ſit figura ἓν διὰ δυοῖν, id eſt Arte pauimenti atque emblematis, quod vocet opus teſſellatum. Male autem mutãt alij *Endo pauimento*. quod tamen Cicero ipſe videtur agnoſcere in Bruto, vbi ſcribit: *Nullum niſi loco poſitum, & tanquam in vermiculato emblemate, vt ait Lucilius, ſtructum verbum videmus.* Corruptiſimè verò totus verſus hodie in Plinio exſtat hoc pacto: *Ante pauimenta atque emblemata vermiculata.*

Ibid. *atque emblemate vermiculato.*] Vermiculatum minutis ſegmentis elaboratum & quaſi vermiculis quibuſdam exilibus concinnum rectè dici autumat Had. Iunius. Sic Plinius: *Vermiculatis ad effigiem rerum & animalium cruſtis.* Varro alio tranſtulit Satyra ταφὴ Μενίππου: *Mihi facies mæandrata, & vermiculata, atq. etiam adeò pingens orbem terræ.* D. Hieronymus *vermiculatam veſtem* dixit.

6. *Corneliu' Publiu' noſter.*] Verſus corruptiſſimi, & quibus in integrum reſtituendis Delio natatore opus. [redacted]. Scaliger in Feſtum ita tentabat:

*—— Corneliu' Publiu' noſter*
*Scipiades dicto, penitusq́; interuenit ipſi*
*Molli, & delitiis Luci, effigia atque cinædo*
*Et ſectatori aſſiduo, quo rectiu' dicas*
*Ibat forte domum ſ.m.a.f.* cũ interpretatione huiuſcemodi: Facetus Poëta ait Scipionem interueniſſe rixæ & dictis neſcio cuius mollis cinædi, ſectatoris cuiuſdam Lucij, atque adeò delitiarum & imaginis ac propemodũ effigiæ ipſius. Antiquâ conſuetudine cùm ſcriptum eſſet *efficia* pro *effigia*, factum *efficta*. Hactenus. vnde Pater lectioni vulgatæ propius inſiſtens ita legebat in tertio verſu: *Orci delitiis, Luci effigia atque cinædo.* Ceterum eruditiſſimus Scaliger hanc emendationem ſuam nunc ipſe diſpungit atque euertit, in eiusq́ue locum ſubſtituit: *Molli & delitiis, & lucifugæ atque cinædo.* Scriptum enim fuiſſe autumat *lucifucæ* pro lucifugæ, more antiquo, ac reliqua mendoſa putat.

Ibid. *Et ſectatori adeò ipſi ſuo.*] Quoniam *Scurra* vocem in hiſce deprauatiſſimis verſibus deſiderari ex Feſto apparet, Pater legendum diuinabat: *Scurræ adeò ipſiusq́; ſuo.* Non autem dubium eſt quin apud eundem pro σκυρράζειν legendum ſit συγκυρεῖν de ſententia [redacted] Scaligeri vt Scurra dictus ſit quaſi Secura aut Sucura, vt ibidem monet Ioſephus Scaliger. Alteram vero eiuſdem vocis originem à Verrio prolatam probat Iſidorus lib. x. Origin. *Scurra, qui ſectari ſolet quempiam cibi gratia: à ſequendo ergo inde Scurras conſtat appellatos.*

7. *Quo facetior videare.*] Verſus Trochaici.

Ibid. *Pertiſum hominem non perteſum.*] Cicero in Oratore: *Quid in verbis iunctis? quàm ſcitè Inſipientem non Inſapientem? Tricipitem non Tricapitem? Conciſum non Concæſum?* Ex *quo quidam Pertiſum etiam volunt, quod eadem conſuetudo non probauit.* Feſtus: *Pertiſum pro Perteſum dixerunt antiqui.* vbi hiatum in Feſto explendum puto hoc Lucilij loco, quantum quidem ex ſuperſtitum literarum veſtigiis coniectare licet.

10. *atque anquina ſoluta eſt.*] Ita & in Lucilio & in Nonio reſcribendum putant Hadriani Turnebus & Iunius, cùm prius contra legitimam numerorum dimenſionem *anchora* vtrobique legeretur: innixi potiſſimùm hoc Iſidori loco ex lib. XIX. cap. IV. Origin. *Anquina, quâ ad malum antenna conſtringitur: de quâ Cinna: Atque anquina regit ſtabilem fortiſſima curſum.* Turnebus tamen etiam ſe dubitare ſcribit, an non potius *angina* vbique reponendum ſit. quia enim ille funis angit & aſtringit, ideo anginam dictum hariolatur; quod Iſidorus quoque innuere videtur.

11. *Hanc catapiratem.*] Vtrumque verſum producit Iſidorus, poſteriorem tantum Feſtus: ſed immane quantum in iis mutent libri ſcripti. in quorum vno CL. V. Bonauenturæ Vulcanij ita legitur: *Hanc cataparatem puero ded. deforet vnctum Plumbi pancillam rudi liniq́; mataxam.* in altero V. C. eiuſdem: *Hanc cataſloratem puer eodem deſore & cum Plumbi paxillum r. l. m.* in tertio exemplari eiuſdem: *Hanc cataporatem puer eodem defert: vnctum Plumbi paxillum.* in manuſcripto probæ notæ amici noſtri Ioann. à Wouweren amæniſſimi ingenij iuuenis ita exſtabat: *Hanc catapioratem puer eodem de fore tem tum Plumbi paucillum rudus lineque mataxam.* nos vt in contextum retulimus legendũ putamus. Catapirates ex Græco καταπειρατής vel καταπειρατηρία deſcendit, cuius in eâdem re apud illos vſus.

Ibid. *Plumbi pauxillum rudus.*] id eſt, paruam maſſam plumbi.

Ibid. *liniq́; metaxam.*] Ita legendum puto, non *mataxam*. Gloſſarium: *Metaxa*, σηρική. Iſidorus lib. XIX. cap. XXIX. Origin. *Metaxa à circuitu ſcilicet filorum. nam Meta circuitus dicitur, vel quod transferatur.* vbi etiam *Mataxa* perperam excuſum legitur.

12. *Queis hunc currere equum.*] Dictum in Sophiſtas, admonente me [redacted] Scaligero. Tu vides currere equum tuis oculis. ergo equus currit tuis oculis.

13. *Piſtricem validam.*] Gloſſarium: *Piſtrix*, κῆτος καὶ ἀςτροῖος. vbi vides Piſtricẽ etiam cetum



cetum appellari, quem Virgilius & alij *Priſtim* dicunt, voce proba, & agnoſcit eam hac notione L. Florus lib. III. cap. VII. *Sed fiduciam oppidanis reſiſtendi nuntius fecit, docens aduentare Lucullum, qui, horribile dictu, per medias hoſtium naues vtre ſuſpenſus & pedibus iter adgubernans, videntibus procul quaſi marina piſtrix euaſerat.* & Feſtus: *Balænam belluam marinam, ipſam dicunt eſſe piſtricem, ipſam eſſe cetum.* Quin Cicero in Arato κῆτος ſignum celeſte ſemper *Piſtricem* tranſtulit. quibus addatur ab Arnobio teſtimoniũ, cuius me monuit [redacted] iuuenis Ioannes Meurſius, quod exſtat lib. III. aduerſus Gentes: *Atque ita tollitur & remouetur è medio Stygij frater Iouis Olympijq́; germanus, tridenti armatus ferro, piſtricum dominus atque menarum.*

Ibid. *Addas empleuron.*] Nõ ſolum, inquit, validam dico, ſed quod magis eſt, ἔμπλευρον.

14. *magnis tuditantium ictibus.*] Vocem *tuditantium* ſuppleuit [redacted]. Scaliger, ſine quâ mutila ſit ſententia pariter & verſus. quem tamen aliquanto commodiorem fore exiſtimo, ſi traiectis paululum vocibus reſcribamus: *Multorum tuditantiûm magnis ictibu' tundit,* ſiue potius, vt Parenti meo viſum: *Multorum tuditantiûm immenſis ictibu' tundit.* vt cæſuræ rationem habeamus, dicamusq́ue τὸ *magnis* à gloſſâ eſſe, ac pro *immenſis* in contextum irrepſiſſe. Cæterùm quoniam totum hoc ſcriptionis genus magnam partem diuinatorium eſt, quid vetat & aliam Patris de eodem verſu coniecturam adſcribere? putabat itaque eum nõ abſurdè, quâ ſenſum quâ numeros, ad hoc exemplum conſtitui poſſe: *Multorum magnis κυκλώπων,* niſi malis, *Vulcanorum ictibu' tundit.*

15. *& ſcruta quidem vt vendat ſcrutarius.*] Vide ſis quæ [redacted] Had. Iunius notauit ad hunc locum Adagior. Centur. II & IV. Vſi verò ſunt hanc vocem præter Lucilium Iulius Firmicus & Epiphanius. nam quod apud Ammianum legitur lib. XIV. *Lucilianus quaſi domeſticorum comes & ſcrutariorum tribunus,* vereor vt librarij culpa ſit, ac emendandum, *ſcutariorum tribunus.* vt apud Suetonium in Auguſto: *Affuit & clientibus, ſicut ſcutario cuidam euocato quodam ſuo:* quamuis & ibi *Scrutarij* vocem quidam ſubſtituere nihil verentur.

Ibid. *Præfractam ſtrigilem.*] Reſcribo *ſtrigilim* ex Chariſio, qui lib. II Grammaticæ ſuæ *ſtrigilim* à Lucilio dictum liquido annotat, vbi ei hunc locum in mentem fuiſſe nullus dubito.

16. *ſpecimen virtutis vtrique eſt.*] Vtrique candidato ſcilicet, niſi fortè *vtrumque* inibi reſcribendum, de ſententia Parentis noſtri.

Ibid. *Quantum habeas, tanti ipſe ſies.*] Hinc Horatius: *— quia tanti, quantum habeas ſis.* & Apuleius Apologia: *Tu verò Æmiliane & id genus homines, vt tu es, inculti & agreſtes, tanti reuera eſtis, quantum habetis.*

17. *Ante fores autem.*] Hunc morem Romani habebant, vt eos de quorum ſalute nulla amplius ſpes ſupereſſet, ante ianuam collocarent. Planè in eam rem Iſidorus lib. x. Origin. *Deſperatus vulgo vocatur malus ac perditus, nec iam vllius proſperæ ſpei: dicitur autem per ſimilitudinem ægrorum, qui affecti & ſine ſpe deponuntur. Conſuetudo autem erat apud veteres, vt Deſperati ante ianuas ſuas collocarentur, vel vt extremum ſpiritum redderent terræ, vel vt poſſent à tranſeuntibus forte curari, qui aliquando ſimili laborauerant morbo.* qui locus non parum lucis dat Lucilio. quo etiam pertinere putem eiuſdẽ verſus illos ex lib. III. Satyr.

*Symmachu' præterea iam tum depoſtu' bubulcus*
*Exſpirans animã pulmonibus æger agebat.*

qui non procul videntur ab his diſſiti fuiſſe. ac eodem ferè traxerim exempla Virgilij, Ciceronis, Cæcilij à Nonio in *Deponere* nobis ob oculos poſita. nec aliouorſum acceperim illud Senecæ epiſt. XII. *Quis eſt inquam iſte decrepitus, & merito ad oſtium admotus?* ita enim vocem Decrepitus interpretatur Sextus Pompeius: *Decrepitus eſt deſperatus creperâ iam vitâ.* quamuis non neſciam locum Senecæ iampridem paulo aliter à viro docto acceptum.

Ibid. *Perditu' Tyreſias tuſſi.*] Sic Pacuuius Antiopa: *Perdita illuuie atque inſomnia,* & Cicero *perditus luxuria* dixerunt.

18. *Infeſti mihi tanquam.*] Ita hunc verſum ex verbis Feſti conſtituendum monuit nos Ioſephus Scaliger, quem tamen olim paulò aliter ad Feſtum produxit hoc exemplo:
*Tamde mihi infeſti, quàm Rondes Icadionq́;.* vbi præterea aliquid ſententiæ explendæ deeſſe autumat Pater, & Feſtus ibidem ſatis indicat. itaque vocem *Nauigiis* verſus alterius principium addendum putat; quem commodiſſime etiam hoc Ennij hemiſtichio ſupplebat:
*—— nautisq́; mari quæſentibu' vitam.*

Ibid. *Icadionq́;.*] Icadij latronis etiam apud Ciceronem mentio.

19. *Tum laterali' dolor.*] Verſum hunc non longè à proximè præcedentibus diſſitum fuiſſe vel ex eo coniicio, quod febris cum dolore laterum frequenter concurrat. Iuuenalis:
*Præterea lateris vigili cum febre dolorem.*
Cicero de Oratore lib. III. L. Craſſi mortem deplorans: *Namq; tum latus ei dicenti condoluiſſe, ſudoremq́; multum conſecutum eſſe audiebamus; ex quo cum cohorruiſſet, cum febri*

 domum

*domum rediit, dieq́ſ ſeptimo eſt lateris dolore conſumtus.*

21. *Inguen ne exiſtat.*] Inguen pro inguinis tumore poſuit. Gloſſarium: *Inguen* βουβών.

Ibid. *ne bona.*] alij *bona.* ſed vtro modo ſcribas nihil intereſſe docet Scaliger ad Feſtum, quem conſule ibidem de hâc voce.

Ibid. *noxit.*] Gloſſæ Iſidori: *Noxit nocent.*

23. *nondum etiam hæc omnia habebit.*] Corruptiſſima verba, quæ admonitu Patris ita emenda: —— *in mundo ſapiens hæc omnia habebit.* In mundo dicebant antiqui, cum aliquid in promtu eſſe volebant intelligi, vt docet Feſtus. Sic Plautus Perſa: *Nempe habeo in mundo.*

26. *Sponte ipſa ſuapte.*] Ex Lucilij pariter & Varronis verbis hos duos integros verſus eliciebat Pater:

*Ipſam ſponte ſuâ, cubitũ cùm venerit ad ſe*
*Adductam, vt tunicã & cetera reiiceret.*

27. *Per mihi lectum Impoſuiq́ſ.*] Primas dictiones tranſponendas, ac ſequentia ad hoc exemplum refingenda cenſebat Pater:

—— *Lectum*
*Perminxi, impoſuiq́ſ pudendam pellibu' labem.*

eâdem loquendi formulâ quâ Propertius ait lib. IV. Eleg. IX. *Impoſuitq́ſ notam collo, morſuq́ſ cruentat.* Sic tamen, vt Luciliani fragmenti ſententiam ex illo Horatij loco interpretandã autumet, vbi ait: —— *tum immundo ſomnia viſu Nocturnam veſtem maculant, ventremq́ſ ſupinum.*

29. *Velut olli Auceps.*] Supplemento addito reſcribit Pater: —— *in retia aues velut olim*
*Auceps illice agit, quum improuiſo inſidiisq́ſ.*

30. *Luna alit oſtrea, & implet echinos.*] Horatius lib. II. Sermonum Satyra VI.
*Lubrica naſcentes implent conchilia Lunæ.* Cicero de Diuinatione lib. II. *Oſtreisq́ſ & conchiliis omnibus contingere, vt cum Luna creſcant pariter, pariterq́ſ decreſcant.* D. Auguſtinus de Ciuit. Dei lib. V. cap. VI. *Sicut in ſolaribus acceſſibus & deceſſibus videmus etiam ipſius anni tempora variari, & Lunaribus incrementis atq. decrementis augeri minuiq́ſ quædam genera rerum: ſicut echinos, & conchas, & mirabiles æſtus Oceani.* eiuſdem rei meminit Plinius Natur. Hiſtor. lib. IX. cap. XXXI.

Ibid. *Et pecui addit.*] Libri veteres: *Et pecu addit*, ex quo *Atque pecû addit* verum cenſeo. Sic enim amat loqui Poëta noſter in dandi caſu. infra fragm. 69.

*Quæ nam vox ex te reſonans meo gradû remoram facit.* pro gradui. & 135. *Anû noceo.* pro anui. & lib. IV.

*Quod ſumptum, atque epulas victû præponis honeſto.* pro victui.

32. *Vis eſt vita, vides.*] Inter ſententias Græcorum ordine alphabetico refertur verſiculus, qui locum hunc non parum illuſtrat: βίος καλὸς δ' ὃς βίῳ πρέπει. quem Illuſtriſſ. Scaliger nobis expenſum tulit.

33. *Nequam, & magnus homo.*] Magnus pro ſtolido & inepto poſitum obſeruat Scaliger in Coniectaneis, vt μέγας apud Ariſtophanem.

Ibid. *laniorum immani' canes vt.*] Idem hodie noſtris lanionibus ſeu carnariis in more poſitum, canes moloſſos alere.

34. *Nunc ad te redeo.*] Hinc Horatius lib. I. Sermon. Sat. VI. *Nunc ad me redeo libertino patre natum.*

Ibid. *vt quæ res me impendet.*] Me pro mihi ἀρχ. Sic Terentius Phorm. *Tanta te impendent mala.* & Plautus Epidico: *Tanta te impendent ruina.* vbi perperam *in* vocula ex Gloſſâ intruſa eſt.

35 *Hæc te imbubinat.*] Gloſſæ Iſidori: *Bubinare, ſanguine inquinare mulieris mẽſtruata.*

36. *Quem præclarus helops*] id eſt, luculentus ac ſplendidus. quâ mente *præclara beſtia* apud Ciceronem.

Ibid. *Ægypto ſargus.*] Pro ſargus Ægyptius dictum accipit Palmerius, quomodo *Ficus Zacyntho* apud Plautum.

37. *lauâ ſicyonia demit honeſta.*] Honeſta, id eſt, pulchra & formoſa. quam eius vocis notionem frequentem veteribus ſcriptoribus eſſe iampridem abundè docuit Pater ad Horatium. quibus hæc à Lucilio teſtimonia addantur licebit. inf. 137.
—— *primum faciè quod honeſtas Accedit.* id eſt, pulchritudo. lib. III. *Cernuus extemplo plantas conueſtit honeſtas.* lib. XIX. *Vt pueri infantes faciunt mulierculam honeſtã.* Dubitare verò quis nõ iniuria poſſet τὸ *honeſta* vtrum ad *ſicyonia* an potius ad *laua* accommodari debeat: cæterum omnem eam dubitationem pariſſimum Lucretij exemplum facilè tollet, apud quem lib. IV. hic verſus legitur:
*Vnguẽta, & pulchra in pedibus ſicyonia ridẽt.*

39. *Nequam aurum eſt.*] Ioſ. Scaliger verſum Lucilianum hac emendatione egere ſuſpicatur:

*Nequam eſt, aurum auris quoius vehementius ambit.*

id eſt, Cuius aures aurum ambit nequam eſt homo. Aliter ſe non videre, ait, quæ argutia ſit, ſi Sinnij Capitonis ſententiam ſequamur. Male autem audiſſe apud Romanos barbaros, præſertim Pœnos, qui aures perforatas habebant, neque mediocriter eos auerſatos fuiſſe. Plautus Pœnulo: *Atque vt opinor digitos in manibus non habent. Quid iam? quia incedunt cum an-*

nulatis



*nulatis auribus.* Vnde iocus Ciceronis in Afrũ: *Atqui aurem foratam habes.* Hactenus Scaliger. Preſſius tamen hunc locum examinandum puto, ne ab opinionibus veterum temere recedere velle videamur.

40. *Sicuti mechanici.*] Mechanici dicti ſunt Petauriſtæ, vt docet Ioſ. Scal. quia in machinâ vel rotâ traiiciebant ſeſe deſperatâ audaciâ.

Ibid. *quum alto exiluere petauro.*] πέταυρον ſeu πέτευρον eſt tabella, parieti affixa, ad quam veſpere gallinæ ſe volatu recipiunt, vt pernoctent. quia mechanici iſti ad rotam illam ſe ſaltu ſubiiciunt, propterea πεταυριſταὶ dicti. Hæc ferè Scaliger ad Feſtum. vide & quæ notauit Adr. Turnebus Aduerſar. lib. VIII. cap. IV.

42. *tum rumices.*] Ad interpretationẽ huius vocis adde locum Feſti, vbi etiam hunc verſum producit: *Rumex genus teli ſimile ſpari Gallici, cuius meminit Lucilius: Tum ſparo, tum rumices portantur, tragula porro.*

43. *Varronum ac rupicum.*] Verſum hunc in mentem habuiſſe videtur Tertullianus in libro De anima vbi ſcribit: *Rupicum & baronum* (ita doctè & verè correxit Cuiacius pro *barbarorum*) *quibus alimenta ſapientia deſunt.* Varrones autem duros & agreſtes homines à varris, ſiue, vt alij ſcribunt, varis informibus & furcillatis baculis dictos rectè cum Turnebo autumat Scaliger.

Ibid. *incondita roſtra.*] Iac. Cuiacius vbi hunc verſum producit, pro *roſtra* citat *turba.* quod puto μνημονικὸν ἁμάρτημα eſſe.

44 *qui ſumicit haſtas.*] Ita doctiſſimus Scaliger pro ſubiicit. vt Comuro pro Couro, Comitium pro Coitium ἀρχαϊκῶς. lectio vulgata, *ſummiſit.*

45. *ſi ſuggeri' ſuppum.*] Ad hunc verſum Ioſ. Scaliger, Significatum prouerbialem habet, inquit, hoc eſt, ſi illi ex ſententiâ reſpondes; ſi, quod optat, facis. Suppus eſt pars tali luſorij, quæ Græcè ὕπτιος dicitur. Cum talus ita caderet, vt ſupina pars, quæ vocabatur, ſuperior eſſet, erat felix iactus. Suppi meminit Iſidorus.

46. *Concera Opimi.*] Ita Scaliger, vt Concerae pro Congeræ, & Congeræ vnico r, pro Congerræ dictum ſit. Nam veteres non geminabant conſonantes. libri vulgati habent, *contera.* nos coniiciebamus *concœna.* Gloſſarium: *Concœna* σύνδειπνοι.

47. *Nemo hic vindicias.*] Vulgo perturbatis numeris legitur: *Nemo hic vindicias, neque ſacra, neque numen veretur.* Vindicias autem partem quandam Iuris pro Iure poſuit, obſeruante Turnebo Aduerſ. lib XV. cap. XV.

48. *Paſcali pecore.*] Feſtus: *Paſcales oues Cato poſuit pro paſcuales.* Ioſ. Scaliger in Coniectaneis Paſcale pecus interpretatur τὸ εἰκαῖον καὶ νομαδικὸν, vt Paſcales gallinæ. alij legunt *Paſſales*, vt idem notat, id eſt, εἰκαίως, paſſim τὸ εἰκῆ. quod magis mihi placet, nam *Paſcualẽ* exponit Gloſſarium Arabico-Latinum *cum diligentia nutritum.* quod minimè conuenit huic loco.

Ibid. *ac montano, hirto.*] Montanum, id eſt, ſentum & ſquallidum, qualia in montibus pecora. hirtum item vocat ſquallidum, vt obſeruat Scaliger. in veteribus libris *hirco* pro *hirto* conſtanter excuſum legitur.

49. *Vti eſurienti leoni.*] Alij, *eſuriente*, ex quo nullis vocibus tranſpoſitis legendum:

—— *vt ſi*
*Eſuriente leoni ex ore exſculpere prædam.*

id quod iampridem à Scaligero in Catullũ animaduerſum video. *eſuriente* autem pro eſurienti ἀρχαϊκῶς. Dicitur vero prouerbialiter eſurienti leoni prædam eripere, de re valdè periculoſa, vt notat Scaliger ad Feſtum. Græci λέοντα ξυρεῖν. nec multum abſimilis huic eſt illa parœmia apud Plautum Pœnul. *Lupo agnum eripere poſtulant, nugas agunt.* quam imitatus etiam eſt Horatius in Odis: *Vt hædus ereptus lupo.*

51. *Velle tolutim hic ſemper.*] Placet elegantiſſimi Guilelmij lectio: *Vele' tolutim hic ſemper inceſſuru' videtur.* cõmodius tamen, quod ad pedes attinet, ſic legi poſſe arbitror: *Vele' tolutim ſemper hic inceſſuru' videtur.* Loquitur de milite quopiam, qui magnificè & equi tolutarij in modum ſe inferat. Incedere, ſiue vt Plautus, βαδίζειν tolutim, equi gradarij eſt, vt ibidem Guilelmius annotat. etiamnum tamen ambigo, an veteres ſequente conſonante *es* item vt *vs* aut *is* eliſerint, quod quibuſdã perſuaſum video, ſed ſine exemplis & auctoritate.

52. *Gladiumq́ſ in pectore totum.*] Gladium neutro genere poſuit ſecundum obſeruationem Nonij. Plautus Caſin. *Non habuit gladium, nam id eſſet frigidius.* Varro de Ling. Lat. lib. IX. *Quod dicitur à multis duobus modis, hic Dupondius & hoc Dupondium: vt hoc Gladium & hic Gladius.* Gloſſarium: *Gladium* ξίφος. Idem *Gladia* ξίφη. quæ exempla huiuſce rei gratia coaceruauimus, vt mirari mecum lector poſſit, quid Quintiliano accuratiſſimo auctori in mentem venerit ſcribenti lib. I. cap. V. *Gladia qui dixerunt genere exciderunt.*

53. *vbi atque erunt.*] Verè & eruditè emendauit clariſſimus Lipſius: *Saxa & ſtrider vbi acquierunt, tum ſibilus inſtat.* & arbitratur de populi Theatrali tumultu, aut ſeditione forenſi capiendum.

55. *Concilio antiquo.*] Forte, *Conſilio.*

58 *Vellem cumprimis.*] Puto hoc initium

alicuius

alicuius libri, aut Satyræ Lucilianæ fuiſſe.

Ibid. *ſi forte potiſſet.*] Ita legendum primus monuit ingenioſiſſimus Ioſ. Mercerus, cùm in veteribus libris reperiſſet, *petiſſet.* & ſic ſæpius locutus eſt Lucilius. Poſt hunc verſum verò leguntur in Aſconio hæ tres voces: *vitioſe ambo cola.* quæ quidem principium alterius verſus conſtituiſſe videntur, ſed quid ſibi velint conſulendus λεξίας.

59. *magnam pugnauimu' pugnam.*] Sic A. Gellius lib. xv. cap. xviii. Noct. Att. *Conſpicere ſe procul dixit pugnam acerrimam pugnari.* nec abſimiliter Boetius de Conſolat. lib. I. *Nonne apud veteres quoque ante noſtri Platonis ætatem, magnum ſæpe certamen cum ſtultitia temeritate certauimus?*

61. *canabis Rhodi.*] Reſcribendum putabam cum Patre: *Rhodi canabis.* vt Spondaicus verſus eſſet. nam primam in *Rhodos* etiam verſu præcedente produxit Lucilius. at verius fortaſsè [redacted] Scaliger, qui locum hunc verſu chœrilo, ſeu diphilo legit, vt & illum Ennij ex v. Annali:

*Quo vobis mentes, rectæ quæ ſtare ſolebant*
*Antè hac, dementi ſeſe flexere via.*

62. *ad eam rem nata palæſtra.*] Varro Satyra περὶ ἀρετῆς καὶ φύσεως: *Nam vt equus qui ad vehendum eſt natus: tamen hic traditur magiſtro, vt equiſo doceat tolutim.* Quintilianus Inſt. Orat. lib. I. cap. I. *Ac ſicut aues ad volatum, equi ad curſum, ad ſæuitiam feræ gignuntur: ita nobis propria eſt mentis agitatio atque ſolertia.*

63. *Vt Prætori' cohors.*] Cicero in illâ nobiliſſimâ ad Quintum Fratrem epiſtolâ: *Quos verò aut ex domeſticis conuictoribus, aut ex neceſſariis apparitoribus tecum eſſe voluiſti, qui quaſi ex cohorte Prætoris appellari ſolent, horum non modo facta, ſed etiam dicta nobis præſtanda ſunt.*

67. *Romam repedabam.*] Reddenda hæc vox Noctium Atticarum ſcriptori, apud quem hodie legitur lib. II. cap. viii. *Apud Platonem quoque multis in locis reperias ſyllogiſmos repudiato conuerſoq́; ordine iſto, qui in docendo traditur.* vbi fortaſſe non inuitis Muſis correximus: *repedato conuerſoq́; ordine iſto.* Delectatum enim A. Gellium antiquitate videmus, & lubenter verbis etiam vti paulò magis priſcis.

Ibid. *munere.*] Nouè poſitum interpretor, id eſt, munere gladiatorio. Sic idem lib. xxvi.

—— *Rediſſe Ac repedaſſe vt Romam bitat gladiatoribus.* pro ludis gladiatoriis, vt ibidem obſeruauit Ioſ. Scaliger. Quamuis non incommodè hoc loco pro *munere* etiam *numerò* reponi poſſet, hoc eſt, cito, celeriter, quod iam occupaſſe video I. Guilelmium.

68. *Caput collo ſuſtentatur.*] Nigidius apud Iſidorum lib. xi. Origin. *Caput collo vehitur, truncus ſuſtinetur coxis & genibus cruribusq́.* Qui locus ex Luciliano hoc planiſſimè adumbratus videri poteſt.

70. *Neque prodire in altum.*] Trochaicus ita legendus, vt cum Ioſ. Scaliger conſtituit.

72. *nam ſcio Amyclas tacendo periiſſe.*] Auctor Peruigilij Veneris:

*Perdidi Muſam tacendo, nec me Phœbus reſpicit:*
*Sic Amyclas dum tacerent perdidit ſilentium.*

75. *Obtuſo ore pugil.*] Pugiles enim ſunt obtuſo ore, (vt notat Scaliger) quos in os recipiunt. vnde illud: —— *os nullum vel potius pugilis.*

76. *Tirei leontado.*] Ex verbis Chariſij videtur legendum *Tirie.* reliqua planè depoſita exiſtimo.

77. *Quæ facere id poſſis.*] Hunc elegantiſſimum verſum vetuſtiſſimi manuſcripti auctoritas manifeſtò Lucilio tribuit, cuius ſententiam Virgilius expreſſiſſe videtur in quarto perfectiſſimi operis: *nunc quâ ratione quod inſtat Confieri poſſit, paucis aduerte, docebo.*

78. *Pulchrè inuitati ſumus.*] Vocem *ſumus* oportunè de ſuo addidit Pater ad fulciendam ruinam carminis.

82. *Verna acer cupit hac.*] Pater *Verna ſacer,* quod interpretatur ex illo Iuuenalis: —— *qua nunc Squallidus in magnâ faſtidit cõpede foſſor.* in Nonio autem vbi legitur *pro vitabili & maledicto,* habebat vetus codex *pro euitabili maledicto,* vnde ſuſpicabar *pro ineuitabili maledicto* legendum.

83. *hippocampi elephanto camelos.*] Quoniam Nonius Lucilium *Hippocampi tranſuerſo ordine* poſuiſſe notat, rectè putat Pater legendum: *Camphippelephantocamelos.*

85. *Atque omnes mandonum gula.*] Varro Satyra Bimargo: *Magna vt tremiſcat Roma & magna mandonum gula.*

86. *Andronius Flacci teget vtria.*] Had. Iunius pro *Lucilius: Andronius,* legit *Liuius Andronicus.* [redacted] P. Scriuerius amicus noſter faciebat: *Androgynus Flacci leget vtria.* & *leget* accipit pro ſurripiet notione priſcis vſitatâ.

87. *Impermiſtum lymphorem.*] Pater lubenter legiſſet *limporem,* niſi verba Nonij alio ſpectaſſe viderentur. vt enim liquidus à liquore, ſic Limpidum à Lympore etiamnum in vſu veteribus fuiſſe exiſtimabat.

88. *Depuuit me.*] Feſtus: *Oppuuiat verberat, à pauiendo, id eſt, feriendo. vnde Pueri, quod puuiendo coercentur, id eſt, plagis, vnde & pauimenta.* vbi obiter (niſi vanus ariolus ſum) emendandum putem: *vnde Pueri quod oppuuiis coer-*

*uiis coer-*



*uiis coercentur, id eſt, plagis.* nam locum illum Afranij, *Oppuuiis pueri coercentur,* aut in mentem habuiſſe, aut etiam in teſtimonium citaſſe Sextum Pompeium crediderim, ſed à Longobardo illo mutilatore eius peſſimè deprauatum. In Pauimenti etymo ſuffragatur Feſto Iſidorus lib. x. Origin. vbi ſcribit: *Vocata autem Pauimenta, eo quod pauiantur, id eſt, cædantur.* & Plinius lib. xxxvi. cap. xxv. Nat. Hiſtor. *Pauimenta credo primùm facta, quæ nunc reuocamus barbarica, atque ſubtegulanea in Italia fiſtucis pauita: hoc certè ex nomine ipſo intelligi poteſt.* Eodem alluſit Cato de re Ruſtica cap. xviii. *Ibi de teſta arida pauimentum ſtruito; vbi ſtructum erit pauito, fricatoq́, vti pauimentum bonum fiat.*

89. *non omnibu' dormio.*] Cipius & in Feſto & in Cicerone reſcribendum docet Ant. Auguſtinus ex denariis & vetuſtiſſimis libris. Locus Ciceronis eſt lib. vii. Famil. ad Fabium Gallum: *Cipius, opinor, olim, Non omnibus dormio: ſic ego, non omnibus, mi Galle, ſeruio.*

90. *Agipes vocem mittere cœpit.*] Agipedem quaſi pedibus agentem, id eſt, orantem & ſententiam dicentem, non verò ore & lingua, accipit Pater, putatque Feſti verba eo pertinere, quod in duas partes cedebant, qui ſententias dicebant, vt: *Qui ita cenſetis tranſite in hanc, alij in alteram partem.*

91. *Iactans me vt querquera febris.*] In fragmentis Feſti à Fuluio Vrſino editis legebatur locus hic vna voce auctior, hoc exemplo: *Iactans me, vt febris querquera terret.*

92. *Mantiſa opſonia vincit.*] In quibuſdam veteribus Feſti editionibus exſtat *Mantiſſa.* de qua voce conſule Caſtigationes Ioſ. Scaligeri.

93. *Equum pedibus ſtlembum.*] Vereri ſe ait Scaliger, ne Verrius in vitioſum exẽplar Lucilij inciderit, & Lucilius ſcripſerit *Stlentũ,* vt *Stlites.*

94. *Vinum crucium.*] [redacted] Yuo Villiomarus in Rob. Titium Britonem putat hæc reſtituenda in illis verſibus ex Satyr. lib. xviii.

—— *nam vel regionibus illis Incruſtatu' calix, rutâ, cauliq́; bibetur,* de quo vide locum illum. Eâdem verò mente à Tertulliano dictum De præſcr. aduerſus hæreſes: *Febris per cruciarios & mortiferos exitus erogat hominem.* id eſt, cruciantes: vt iampridem notauit CL. Lipſius.

95. *Qui ſchedium facit incõditum.*] Nomen Lucilij in verbis Feſti latuiſſe monuit primus P. Pithœus malo rei literariæ denatus, & poſt eum Fuluius Vrſinus. Eodem reſpexiſſe videbitur Petronius, ſi Pariſienſis editionis fidem ſequamur, in qua legitur: *Sed ne me putes improbaſſe ſchedium Lucilianæ improbitatis, quod ſentio & ipſe carmine effingam.* nam alij aliter locum illum conſtituunt.

97. *Cæcilius Prætor ne ruſticu' fiat.*] Fortean hæc in Q. Cæcilium Metellum dicta ſunt. Illum enim à Lucilio famoſis verſibus proſciſſum, Horatij indicio manifeſtum eſt.

100. *Quadranti' ratiti.*] Hiatum in Feſto [redacted] ſuppleuit Ioſ. Scaliger. *ratitus* autem eſt rate notatus, & inſignitus.

101. *Perſium non curo legere hac.*] Eiuſdem Perſij hominis literati ita Cicero in Bruto meminit: *Horum ætatibus adiuncti duo C. Fannij Caij, Marci filij fuerunt: quorum C. Filius, qui Conſul cum Domitio fuit, vnam orationem de ſociis & nomine Latino contra Gracchum reliquit, ſanè & bonam & nobilem. Tum Atticus, Quid ergo? Eſt ne iſta Fannij? nam varia opinio pueris nobis erat: alij à Caio Perſio literato homine ſcriptam eſſe aiebant, illo quem ſignificat valde doctum eſſe Lucilius.*

Ibid. *Lælium Decimum volo.*] Omnes antiquitus cuſi aut manuſcripti codices Plinij, vt monet Hermol. Barbarus, aut *Iunium Congium,* aut *Lalium Congrum* habent. Fuit verò cum pro *Lælium* reponendum putaui *Lucium Ælium,* confiſus maximè ipſius Lucilij auctoritate, cuius hunc verſum ex lib. I. Satyr. auctor Rhetoricæ ad Herennium adducit: *Has res ad te ſcriptas, Luci miſimus Æli.* Cæterum lex Trochaici carminis nihil mutandũ clamat.

102. *Prinſquam Theognis naſceretur.*] Eundem adagionem apertè extulit Plutarchus, περὶ τοῦ ὅτι μάλιστα τοῖς ἡγεμόσι δεῖ τὸν φιλόσοφον διαλέγεσθαι: Τινὶ μὲν ἤδειν πρὶν Θέογνιν γεγονέναι. quod tamen à nemine vſque adhuc prouerbionum cõcinnatore obſeruatum, demirari ſatis non poſſum.

105. *Manius columnam.*] Aſconius in Verrem: *Manius cùm domum ſuam venderet Catone & Flacco Cenſoribus, vt ibi Baſilica ædificaretur, exceperat ius ſibi vnius columnæ, ſuper qua tectum proiiceret ex prouolantibus tabulatis, vnde ipſe & poſteri eius ſpectare munus gladiatorium poſſent, quod etiam tum in foro dabatur, ex illo igitur columna Mænia vocitata eſt.*

Ibid. *cùm peteret.*] Vnicè probo Parentis correctionem, legentis ex Porphyrione & Aſconio, *cùm exciperet.* quæ vox propria in venditionibus, & locationibus, vt notum eſt.

106. *Valeri ſententia dia.*] Hoc de Poëta noſtro mutuatus eſt Horatius lib. I. Sermonum Sat. II. —— *macte Virtute eſto, inquit, ſententia dia Catonis.* & de Horatio Sulpitia: *Quos inter Priſci ſententia dia Catonis.*

108. *Cinnabari infectus.*] Ita veriſſimè Ioſ. Scaliger, pro quod vulgata lectio habet, *Chinabam infectus. Cinnabari infectus,* id eſt, miniatus. nam confundunt Minium cum Cinnabari.

O nabari.

nabari. de quo abundè Plinius Nat. Hiſt. lib. XXXIII. cap. VII. quem viſe, ſi voles.

109. *Guſtaui cruſtula ſolus.*] Hemiſtichium hoc ab Acrone perperam Lucretio ob nominis vicinitatem tranſcriptum, iampridem docuit Pater ad Horatium. Quin item in veteri Commentario Iuuenalis Lucilij nomen in mendo cubat, nam pro eo *Lucullus* citatur, quod ibidem P. Pithœus monet. Videtur autem pulchrè cohærere poſſe cum alio eiuſdem fragmento quod paulo ante habes hoc pacto: —*lactantia Coa Clam cum melle bibi, guſtaui cruſtula ſolus.*

110. *Brutace bilingui.*] Feſtus: *Bilingues Brutates* (Scal. *Brutiates*) *Ennius dixit, quod Brutij & Oſcè & Græcè loqui ſoliti ſint. ſunt autem Italiæ populi vicini Lucanis.* Iacob. Cruquius diligens Horatij interpres putat à commentatore Veteri hoc loco citatum fuiſſe verſum ex antiquo aliquo Poëta in Canuſium aliquem detortum, ita enim in veteribus libris legi: *Ideo ergo Brunius brichace bilingui.* quæ hoc modo ſanare conatur: *Brutius ergò ideo τόμῳ βρύχεος bilingui.* hâc ſententiâ: *Brutius*, id eſt, Canuſinus: nam Brutij populi ſupra Lucaniam incoluerunt, teſte Strabone lib. VI. *ergo ideo*, id eſt, tum. Feſtus in Igitur. *τόμῳ βρύχων*, pro ἐβρύχεος, hoc eſt, ore infremuit bilingui, hoc eſt, Græco & Latino ſeu Oſco, vt Feſtus docet.

111. *efflantq́ elatis naribu' lucem.*] Imitatur illud Ennij: — *funduntq́ elatis naribu' lucem.* vnde quoque Virgilius XII. Æneid.

*Solis equi, lucemq́ elatis naribus efflant.*

115. *At quidem te ſenium.*] Pater legebat: *At Dij te ſenium.* vt ſubaudiatur *perdant.* quam vocem potius interponendam iudico, vt ita conſtituatur totus verſus: *At Dij te perdant ſenium, atque inſulſe Sophiſta.*

116. *Tuam vt memoriam retineas.*] Lacuna hoc loco, quæ tamen ex Donato videtur pulchre expleri poſſe, addita voce *Metuo*, aut *Vereor*, aut certè ſimili aliquâ.

117. *Myconi calua omni' iuuentus.*] Conſulendi Strabo, Stephanus, & Plinius lib. XI. cap. XXXVII. Nat. Hiſt.

118. *Carcer vix carcere dignus.*] [redacted] Paullus G. F. P. N. Merula in luculento Commentario ſuo ad Ennij Annales fragmentum hoc altero hemiſtichio auctius producit ex Calpurnij Piſonis lib. I. de Continentia Veterum Poëtarum. cuius verba quoniam proprium locum non obtinuerunt, hîc inſerenda duxi: *Iteratio quam Græci ἀναδίπλωσιν vocant, ſi dextrè collocatur, magnum ornatum adfert orationi. Omnis ætas hic excellit. Non male Liuius Andronicus in Odyſſeâ: Ab veſtros, veſtros, dij hic mantatis, irruet neruos perduelles. Melius Ennius in Annal. III. o Romule, Romule dico. Optimè Lucilius Satyra XXVIII. de fure Callonio: Hic ſcurra, hic carcer, carcer vix carcere dignus.* Hactenus. Vbi verè legendum coniicit P. Merula: *de fure Gallonio.* vt intelligatur P. Gallonius Gurges, cuius gulam & luxuriem inſectatur lib. IV. Lucilius. nec malè idem annectit huic verſui, quæ apud Nonium ex eadem Satyra in Sumere & Legere, hoc exemplo:

*Hic ſcurra, hic carcer; carcer vix carcere dignus,*
*Omnia viſcatis manibus leget, omnia ſumet,*
*Crede mihi preſsè auferet omnia.* —

119. *Lecti omnes.*] Scilicet nummi, vt interpretatur Pater. Plautus Pſeud. *Accipe, hîc ſunt quinque argenti lecta, numerata mina.*

120. *Animo ac virtutibus.*] In quibuſdam editionibus hoc fragmentum voce *tuis* auctius legitur, vnde putabam reſcribendum: —*animo ac virtutibu' tuuis.* ſic eandem vocem reſtituit Lucilio P. Merula lib. XXX. Satyr.

*Quod tuuas laudes culpas, nō proficis hilum.*

121. *Centum genera ſolœciſmorum.*] Hinc apparet rectè & Latinè dici *Solœciſmum*, præter Aſinij Capitonis ſententiam, qui negat apud antiquiores & idoneos ſcriptores vocabulum illud reperiri. Vide A. Gellium lib. V. cap. XX. Noct. Attic.

123. *Anſeris herbili' virus.*] Paulus ex Feſto: *Herbilis anſer herba paſtus, qui gracilior* (alij, *grandior*) *eſt, quam frumento altus.* quo loco puto à Feſto citatum fuiſſe hoc ἀποσπασμάτιον Lucilianum, ſed à barbaro truncatore illius inductum.

124. *Stat ſentibu' fundus.*] A. Gellius, & Nonius ex libro V. Satyrar. Lucilij hoc hemiſtichium adducunt: — *Interea ſtat ſentibu' pectus.* quod diuerſum ab hoc fuiſſe ſatis ex interpretatione Grammaticorum patet.

125. *Ex facie florem delegeris.*] In Donato aſteriſci alicuius defectus indicia ſunt. Liber manuſcriptus, qui ſeruatur in diuite librariâ Rodolphi Snellij viri doctiſſimi ac humaniſſimi, habebat: *Athimudi ſacci ex facie florem delegeris.* ex quo tamen nullam idoneam lectionem potuimus exſculpere.

128. *Exta acceptoris & vnguis.*] Hoc fragmentum, vt alia permulta in hoc auctore, debemus longè optimo veteri libro Chariſij: nam in vulgatis tantummodo vox *Acceptor* legitur, quam etiam agnoſcit auctor Gloſſarij: *Acceptor, ἱέραξ, δοχεύς.* & Gloſſæ Iſidori: *Pipiunculus, accipiter, acceptor.*

132. *Aſſiduas ficos.*] Vix affirmare dubitem, quin hariolatio noſtra vera ſit: *Aſſe duas ficos.*



*ficos.* ſic Martialis lib. IX. *Aſſe duos calices emit, & ipſe tulit.* Videtur autem Lucilius caritatem ficuum voluiſſe innuere. ac eodem pertinuiſſe credo fragmentum proximè præcedens: *Plure foras vendunt.* vbi etiam legendum puto, *foris.*

133. *Legem vitemus Licinî.*] Feſtus: *Centenariæ cœnæ dicebantur, in quas lege Licinia, non plus centuſſibus præter terrâ nata impendebantur.*

134. *Fannî centuſſe miſello.*] Sic Martialis: *Centum miſelli iam valete quadrantes.* Legis autem Fanniæ meminit & Plinius lib. X. cap. II. Nat. Hiſt.

137. *Primum facie quòd honeſtas Accedit.*] Ita legendum cum Ioſ. Scaligero, non cum vulgo: *Primum facie quod honeſtatis accedit*, nullâ carminis habitâ ratione.

139. *Reſultantes.*] Ita eſt in veteribus libris, vulgo *reſultant.* malè autem apud Iſidorum *Lucio* pro *Lucilio* hoc hemiſtichium aſſcriptum legitur.

Ibid. *ædesq́ lacusq́.*] id eſt, ædes laqueatas. ἓν διὰ δυοῖν, vt monuit nos Ioſ. Saliger.

142. *Vxori legata penus.*] Lib. XVI. *Legauit quidam vxori mundum omne penumq́.* quod ad eandem rem pertinuiſſe putem.

143. *Apollo Pulcher.*] Virgilius III Æneid. *Taurum Neptuno, taurum tibi Pulcher Apollo.*

149. *Subulo.*] Ioſ. Scaliger in Coniectaneis Latinos veteres *Mullare*, & *Mulleos* calceos à mullando dixiſſe autumat: itaque Theocrito τὸ μυλλεῖν, quod vſitatius ῥαφαίνειν, vnde *Subulones* Lucilius pædicones vocarit. Sed in veteribus libris *Suppilo* legitur, quod Baptiſta Pius hoc Laberij exemplo firmabat: *Quanam mens, quæ deliritas vos ſuppilatores facit cum cano eugio velitari?* vbi obiter immiſſâ voce reſtituo: *Quanam mala mens, quæ deliritas.* ex Catullo:

*Quanam te mala mens miſelle Rauide*
*Egit præcipitem in meos Iambos?*

Ibid. *Pullipremo.*] Ioſ. Scaliger Auſonianarum Lect. lib. I. cap. XXVII. *pullipremia* reſcribit, neque eſſe id quod vult Turnebus putat. Significare enim potius puerorum plagiarium. nam premere, id ſignificat, hoc eſt, ἀποκρύπτειν, furto clepere.

150. *Viſcus aprinum.*] Ita ex veteri codice Chariſij reſtituimus: nam in vulgatis *aprugnum*, legitur, contra mentem Grammatici.

151. *Agrarius mergus.*] Puto Lucilium hoc tanquā adagio hominē rapacē & lucricupidum deſignare voluiſſe. eſt enim mergus auis inſatiabilis & voraciſſima. Simile prouerbiū apud Grecos exſtat: Αἰθυιῶν τρόπον, quod interpretatur Had. Iunius, in modum mergorū, de inexplebili ingluuie, & nunquam ſatiatâ edacitate.

152. *Oleum Caſſinâs.*] Agri Caſſinatis præſtantiam in ferendo oleo commendat etiam Varro rerum humanarum lib. XI. *Ad victum optima fert: ager Campanus frumentum, Falernus vinum, Caſſinas oleum, Tuſculanus ficum vel Tarentinus, piſcem Tyberis.*

153. *Cariſſam.*] In veteribus editionibus Feſti *vafrum*, nō, *vafram.* cui (vt doctiſſimus Scaliger monet) adſtipulari videtur auctor Gloſſarij: *Cariſſa, μαυλίστρια, πορνοβοσκός.* Gloſſæ Iſidori contra feminino: *Cariſſa lena vetus & litigioſa: ancilla doloſa, fallax.* Lucas Fruterius in epiſtolâ quâdam ad M. Muretum putat, *Catiſſa* reponendum in Feſto. nam *Catos* pro callidis & ingenioſis apud veteres dictos fuiſſe, quod vel *Cato* teſtari poſſit.

155. *Ninguis.*] Gloſſarium Arabico Latinum: *Ninguis, niuis.* Priſcianus lib. VI. *Nix niuis. antiqui tamen etiam ninguis dicebant.*

159. *Canaliculā.*] Varro rei ruſticæ lib. III. cap. V. *Intra retem aues ſunt omne genus, maximè cantrices, vt luſciniolæ ac merulæ, quibus aqua miniſtratur per canaliculam, cibus obiicitur ſub retem.*

161. *Vappones.*] Perperam Lucretio vocem hanc adſcribi multi monuerunt.

163. *Gullioca.*] Feſtus: *Gullioca nucum iuglandium ſumma & viridia putamina.* Verba Gloſſarij ita vt ea Ioſ. Scaliger legenda duxit poſuimus. nam lectio vulgata longè corruptiſſima ita habet: *Gulluca, καρυοτομία, & Gutilli, oca κάρυα, μακρὰ παρὰ Λουκιλίῳ.*

165. *Vim vomuiſſe.*] Vim ἐνθυμήματος illam intelligi docet Ioſ. Scaliger in Priapeia: quam voluerit exprimere ad verbum Græcorum θόρον. nam etiam θόρος eſt vis, & inde θοῦρος violentus.

166. *Craſſum ſemel riſiſſe in vita.*] Sidon.

*Tam Cenſorius haud fuit vel ille,*
*Quem riſiſſe ferunt ſemel in æuo.*

De eodem Plinius Nat. Hiſt. lib. VII. cap. XIX. *Ferunt Craſſum, auum Craſſi in Parthis interemti, nunquā riſiſſe, ob id Agelaſtum vocatum.*

168. Eius rei exemplum in Virgilio & Horatio laudat Quintilanus lib. VIII. cap. III. his verbis: *At Virgilij miramur illud: — ſæpe exiguus mus. nam epitheton exiguus aptum proprium effecit ne plus exſpectaremus: & caſus ſingularis magis decuit, & clauſula ipſa vnius ſyllabæ non vſitata addidit gratiam. Imitatus eſt itaque vtrumque Horatius: — naſcetur ridiculus mus.*

170. Vectium quendam familiarem Lucilij nominat Suetonius de illuſtr. Gramm. Et puto eundē eſſe cuius ita Cicero meminit in Bruto: *Atque etiam apud ſocios & Latinos oratores habiti ſunt. Q. Vectius Vectianus è Marſis, quem*

*ipſe cognoui, prudens vir & in dicendo breuis.* Fortaſſean autem huc pertinuerit vox Præneſtinorum *Tongere*, quod eſt εἰδέναι. quam è Lucilij XXIII. Satyrar. libro adfert vetus Gloſſarium Fornerij, & Lucilius eam in Vectio irriſiſſe videri poteſt. Similiter autem Attius & Plautus Præneſtinos inſectatur, quod *tammodo*, & *Conia* dicerent.

178. *Cuius non audeo dicere nomen?*] Ita geminos hos verſus Lucilio ex Iuuenale redonauit Pater, admonente ſe ipſius Aquinatis Poëtæ ſententia: per *Priores* enim Lucilium ipſum deſignari arbitratur: cuius tanta fuit in ſcribendo acrimonia ac libertas (quam Satyricè Iuuenalis *Simplicitatem* appellat) vt nominibus non modo veris ſed etiam magnis auſus fuerit abuti. Hæc & plura Pater in Commentariolo ſuo ad Horatium cap. XII. quam ſententiã eius validiſſimè confirmat veteris Commentarij auctoritas, vbi ad vocem *priorum* annotatum legitur *Lucilij & cæterorum*. & duobus poſt verſibus: *Pone Tigillinum nunc, ſicut olim Mutium Lucilius, vt Perſius : —— ſecuit Lucilius vrbem Te Lupe, te Muti, & genuinum fregit in illis.* ad quæ item Gloſſæ ineditæ : *Mutius fortiter, & ſapienter tulit, quicquid in eum à Lucilio dictum eſt.*

179. *Granius autem Non contemnere.*] Hunc ſeſquiuerſum Lucilianum eſſe, atque ita conſtituendum, vt edidimus, cenſet eruditiſſimus Simeon Boſius. hoc ſenſu: Granius, inquit, quem potentiores deſpiciebant, ipſe ſe non contemnebat, ſed plurimi faciebat: idem Reges oderat ſuperbos, hoc eſt, magnates illos qui ipſum deſpectui habebant. Confirmat autem doctiſſimi viri ſententiam Lucilianiſſimus iſte Granius, quem familiarem admodum Poëtæ noſtro fuiſſe conſtat. Lucilius ipſe lib. XI. Satyr.

*Coniicere in verſum dictum præconi' volebam*
*GranI.* —— Cicero in Bruto : *Ego memini T. Tincam Placentinum hominem facetiſſimum cum familiari noſtro Q. Granio Præcone dicacitate certare. Eone inquit, Brutus, de quo multa Lucilius? iſto ipſo: ſed Tincam non minus multa ridiculè dicentem Granius obruebat neſcio quo ſapore vernaculo.* Idem ibidem: *Multa deinde cauſſa* (de L. Craſſo loquitur) *ſed ita tacitus Tribunatus, vt niſi in eo magiſtratu cœnauiſſet apud Præconem Granium, idq́; nobis bis narrauiſſet Lucilius, Tribunum plebis neſciremus fuiſſe.* Alias aliorum de hoc verſu coniecturas, & cenſuras non hîc repeto. Hieron. Columnam & Paullum Merulam ad Annales Ennij, ſi operæ eſt, conſulito.

180. *Quid? puto te in hoc aut riſiſſe.*] Et hunc ſeſquiuerſum Lucilianum eſſe, vt & proximè ſequentem, [redacted] odoratus eſt [redacted] Franc. Iunius, [redacted] qui hactenus neglecti, & pro libera oratione habiti. Præpoſitio *in* ſequente h. producitur.

182. *O domu antiqua.*] Et hic verſus Ioſephi Scaligeri iudicio Poëtæ noſtro adſcribendus eſt, quem putat idem ex iis libris fuiſſe, quos iambico aut trochaico carmine ſcripſerat Lucilius. alij cum Ennio tribuunt, ſed nullis certis rationibus innixi.

183. *Suſtineat currum.*] Etiam hunc verſum docti viri eſſe Lucilij exiſtimant, quantumuis in Cicerone legendum ſit: *Nec eſt melius quidquam, quam vt Lucullus Suſtineat currum, vt bonu' ſæpe agitator equosque.* non *Lucilius*. nam intellexit dubio procul locum illum lib. IV. Academ. Quæſt. vbi ex perſona L. Luculli ſic loquitur: *Ego enim vt agitator callidus, priuſquam ad finem veniam, equos ſuſtinebo.* Nam Attici ſententiam ſequutus, *equos inhibebo*, mutauerat: quod tamen ſibi nunc minimè probari dicit.

Ibid. *agitator.*] Gloſſarium: *Auriga, agitur*, ἡνίοχος, ἐλάτης. emenda: *Auriga, agitator.* nam & alibi in eodem Gloſſario legitur: *Agitat*, ἐλαύνει. *Agitator* ἡνίοχος, ἐλάτης.

184. *Atque aliquos ibus ab rebus.*] Ita verſus hic emendandus, atque huc transferendus, de ſententia Ioſ. Scaligeri. nam falsò Lucretio tribuitur, & ſine ſenſu ac numeris vulgò legitur: *Atque aliquos ibi ab rebus clepſere foro.*

185. *Tantidē quaſi fata canes.*] Hunc quoque verſum Lucilij eſſe, delendumq́ue nomen Ennij apud Varronem, Ioſ. Scaliger autumat.

186. *Non fruſtillatim.*] Cohęrent hæc apud Nonium cum Pomponij fragmento, ſic: *Verum illi valent, qui luctantur cum leonibus, vt te obiectes fruſtatim paſſerinum prandium ſaturarum, non fruſtillatim, nec minutatim dari.* Quæ mæle coaleſcentia commodè diuiſit, ac diſtraxit Had. Iunius nomine Lucilij interpoſito : *Lucilius Satyrarum: Non fruſtillatim, nec minutatim dari.*

187. *Priuerno Oufentina venit.*] Perperam Lucretium pro Lucilio apud Feſtum citari monet Scaliger. In antiquis monumentis vrbium transpadanæ Galliæ vbique hæc nota legitur OVF. quam Oufentinam tribum ſignificare docet Andr. Alciatus. Peregrinos enim, qui ad ius ciuitatis Romæ admiſſi nomen Romanum aſſumſerant ſolitos eſſe plærunque in Oufentina tribu nomen dare. Hinc vero maniſeſto dilucet rectè atque Latinè à Parente meo ſcriptitatum hactenus DOVSA. nam diphthongum OV. Romanis etiam in vſu fuiſſe docet diſertim Victorinus lib. I. de Orthographia de diphthongo eâ loquens : *Quod apud*



*illos* (Græcos) *iunctum o litera v facit ſyllabam, noſtri etiam, quoties eiuſdem ſoni longa ſyllaba ſcribenda eſſet & ipſi V adiungebant O litera. Inde ſcriptum legitis* LOVCETIOS, NOVNTIOS *&* LOVMEN *& cætera.* Hinc apud eundem legitur, OVVIVS & OVVERTIT pro obuius & obuertit. Sic in veteribus monumentis: INDOVCEBAMVS, COVRATO, IOVSSIT, IOVDICAVERVNT. & alia. In nominis autem noſtri ſcripturam placuit nuper Viro inter magnos maximo extemporali epigrammate ludere. quod quoniam nondum lucem vidit, lectori hîc exhibere non dubitaui:

DOVSA *ille cuius exprimendis dotibus*
*Vix litteræ omnes litterarum ſint pares,*
*Scribatur opto vnâ imminutus litterâ,*
*Quæ quarta cunctis dicitur vocalium.*
*Cauſſam rogas? cauſſam ipſe iam nunc dicere*
*Ipſo ſedente ſim paratus Lipſio.*

188. *Graciæ Sulpitiæ ſorti data.*] Etiam hunc abſolutiſſimum verſum, qui hactenus ſub incerto Poëta latuit, ſub Lucilij ſigna reuocandum indicauit nobis Ioſ. Scaliger. cui vt accedamus multa ſimul impellunt. Imprimis ſermonis priſci veſtigia. nam *ſorti* pro *ſorte*, hoc eſt, datiuus pro ablatiuo poſitus. de quo adi Priſcianum lib. VII. tum temporis ipſius ratio. (ne quis Ennio potius aſſcribendum contendat, qui iam vigintiquinque annis ante deceſſerat.) nam Ser. Sulpicij Galbæ, & L. Aurelij Cottæ conſulatus incidit in annum V. C. DCIX. Poſtremò, & quæ validiſſima ratio eſt, huc me mouet Iſidorus ipſe. is enim ibidem loci, vbi poſtea hunc verſum adducit, prius citauerat alterum, nec libri, nec auctoris alicuius titulo itidem appoſito: *Vertitur œnophoris fundus, ſententia nobis.* quem non minus Lucilij eſſe apparet ex Nonio, qui illum ex tertio eiuſdem Satyrar. libro producit. Porrò verſus hic veterum Romanorum morem comprobat, ex quo Legati & Conſules ſorte olim lecti & miſſi in prouincias, de quo I. Lipſius ad Tacitum lib. IV. Hiſtoriarum. cui rei magis firmandæ en tibi præter hoc Lucilij, à Cicerone exemplorũ trigam clariſſimo viro inuiſam aut neglectam, pro Ligario : *Tuberonis ſors coniecta eſt ex S. C cum ipſe non adeſſet morbo etiam impediretur.* & paulo poſt: *Africam, quo Senatus eum ſorsq́; miſerat.* Idem in Familiar. epiſt. *Appius dixit ſeſe, ſi licitum eſſet legem Curiatam ferre, ſortiturum cum collega eſſe prouinciam.* Poteſt autem videri idem verſiculus acerbè detortus in Sulpitium & Cottam: cum enim vterque contenderent, vt in Hiſpaniam aduerſus Viriatum mitterentur, cuius potentia tũ Romanis formidabilis erat, neuter eorum obtinere id potuit. Quam rem ita refert Valer. Maximus lib. VI. cap. IV. *P. Scipio Æmilianus, cùm Ser. Sulpicius Galba, & Aurelius Cotta Conſules in Senatu contenderent, vter aduerſus Viriatum in Hiſpaniam mitteretur; ac magna inter patres conſcriptos diſſenſio eſſet; omnibus, quonam eius ſententia inclinaretur, exſpectantibus, Neutrum, inquit, mihi mitti placet, quia alter nihil habet, alteri nihil ſatis eſt. Æquè malam licentis imperij magiſtram iudicans inopiam, atque auaritiam. Quo dicto, vt neuter in prouinciam mitteretur, obtinuit.*

189. *Ructantur iuuenes.*] Vnde Perottum verſum hunc Lucilij habere dicam neſcio. nam apud nullum equidem veterum ſcriptorum inuenire eum potui. quare dicamus neceſſe eſt, illum ex manuſcripto aliquo Grammatico deprompſiſſe, ac in noſtris libris hodie deſiderari. & certè, ſi quis coniecturæ hîc locus, putarim à Feſto citatum fuiſſe in *Ructare*.

190. *Ore ſalem exſpirauit amarum.*] Refertur hoc ἀκροτελεύτιον ab Hieron. Columna: quod vnde nactus ſit, id ipſum ſcire oportet ſcilicet, mihi non liquet.

191. *Quamquam fuit ipſe.*] Acroſtichium Lucilianum, vt [redacted]. Franc. Iunius opinatur.

192. —*clopo Subſidio occurrat.*] Etiam hæc verba à Lucilio eſſe [redacted] Fr. Iunius autumat, finē principiumq́ue verſus Heroici. ad quorum interpretationem hæc ibidem addit: *Clopo*, vel *Cloppo* pro *Clippo*, quod in mss. duobus legitur. *Claupus* διὰ συγκοπῆς pro claudipus, vt clauſus pede, appellatur claudus. niſi quis forte διὰ συγκοπῆς ex Græco duci maluerit, χωλὸς τοὺς πόδας. Ac poſt diphthongum quidem, vt obſeruat Velius, non fuit legitimum literam geminari, ſed poſt ſimplicem vocalem o, vt ſcriberetur *Cloppus*. & ita eſt in Gloſſario vetere: *Cloppus* χωλός. *Subſidium* igitur *cloppum*, vt *clauda fides* apud Silium lib. XIII. eſt incertum atque inſtabile, ſiue ex infirmitate, ſiue ex malitia certoq́ue conſilio: quam inſtabilitatem qui colunt, Græcis & Latinis, vt Hebræis, dicuntur claudicare. Dicit ergò Tullius, vereri ſe, ne quum prope eſſe videbitur, vt conſiant omnia, tum Cæſar *Cloppo ſubſidio occurrat*, totamq́ue rationem illius nominis muter arbitratu ſuo. Hæc Iunius in Notis ad epiſtolas ad Attic.

193. *Næ ridicule mihi cillus.*] Et hoc acroſtichium Lucilianum eſſe putat Fr. Iunius, quo Tullius commodiſſimè vtatur, hâc mente: *Næ ridicule*, inquit, id à me eo conſilio factum putaueris. *Mihi cillus*, id eſt, vt Plautino ſermone vtamur, mihi ſupercilium ſalit, quum de genere illius epiſtolæ & modo cogito: adeo

omnibus etiam bonis probatum iri ſpondeo. Eſt autem *Cillus* à cinno dictus, quomodo & *cirrus*. *Cinnus* autē modo pro capillo cirrato ſumitur, & ab eo *cinna* βοστρυχῶδι, modo pro cilio. Gloſſarium: *Cinnus* ἐπίνευμα. Ab hac ſignificatione orta ſunt *Cirrum* & *cinnū* νεῦμα, ibidē, *cillus*, vel *cillum* & formâ adiectiuâ *cilium* eodem ſignificatu omnia. Hæc Franc. Iunius.

# NOTÆ
## IN
# C. LVCILII
## RELIQVIAS,
## Quæ ſuperſunt ex Satyrarum
### LIBRO I.

INSTITVERAT Lucilius hoc libro Deorum concilium, in quo inducebantur primum Dij conſultare ac agitare de interitu Lupi cuiuſdam Iudicis rei ac in Rep. ducis, hominis potentis & factioſi, poſtea autem ſinguli inter ſe ſententias dicere: vt quidem Seruiana Commentaria quamuis mutila ac decurtata indicium faciunt nobis. Eorum auctoritate ſubnixi, quæcunque ex fractis hiſce tabulis eò quaſi obtorto collo trahere potuimus, probabilibus tamen rationibus illuc inducti, quamuis in tam acciſis ac diſiectis reliquiis difficulter tale quid arbitrari poſſit, operæ nō pepercimus noſtræ, quam feliciter, aliorum arbitratus eſto. Lupus iſte, de quo hoc libro actum dicit Seruius, quis fuerit, indicat nobis planè vetus Horatij Interpres ad eum locum libri II. Sermonum Satyra I. *Famoſisq; Lupo cooperto verſibus.* vbi addit: *P. Rutilius Lupus Conſul fuit cum L. Iulio Cæſare anno ab vrbe condita* DCLXIV. vbi malè temporis rationem ſubductam licet agnoſcas, eorum enim Conſulatum nō in DCLXIV annum vrbis conditæ, ſed proximè præcedentem incidiſſe ſcriptorum pariter conſentientium auctoritas ſatis cōfirmat. De eodem autem Lupo ita Lucilius ipſe per dialogiſmum ſcribit lib. Satyr. XXIX.

*—— Hoc quum feceris,*
*Cum cæteris reus vna tradetur Lupo:*
*Non aderit:* ἀρχαῖς *hominē &* ςοιχείοις *ſimul*
*Priuabit: quum igni & aqua interdixerit, duo*
Στοιχεῖα *habet, id maluerit: priuabit tamen.*

Quos verſus libenter etiam huc tranſtuliſſem, niſi Iambicorum numerorum ratio non mouendos loco clamaſſet.

1. *Conſilium ſummis hominum.*] Hic verſus, quamuis ſine libri numero à Seruio adferatur, hunc tamen locum quaſi proprium ſibi depoſcere viſus eſt. quo dixerit Poëta ſuperos conſilium de rerum humanarum ſumma habuiſſe.

2. *Vellem concilio veſtrûm.*] Et hos verſus ita ſenſui & numeris à ſe reſtitutos ad librum hunc pertinuiſſe nō vanè hariolatur Pater, cenſetque à Ioue ipſo productos, vt reliqui Dij de concilio prius à ſe ſolis Ioue abſente habito mentionem feciſſe à Poëta inducti fuerint. Ioſ. Scaliger addito præterea tertio verſu ex incerto Satyrarum libro ab Aſconio allato ita totos conſtituendos putat:

*Vellem cum primis, fieri ſi fors potuiſſet,*
*Vellem concilio voſtrûm, quod dicitis, olim,*
*Vellem Cælicolæ voſtrûm adfuiſſe priore*
*Concilio.* —— vbi elegantem repetitionem τοῦ *Vellem*, καὶ τοῦ *Voſtrûm* obſerua.

3. *Vt nemo ſit noſtrûm.*] Hæc ad idem Deorum concilium referenda, ſi non res ipſa, certè Lactantij verba manifeſtò nos arguerent, qui Lucilium ea in Deorum cōcilio irriſiſſe ſcribit, & videntur etiam ex Iouis perſonâ accipienda.

4. *Tubulus ſi Lucius vnquam, Si Lupus.*] Vt hæc quoque ad hunc librum pertinuiſſe putaremus (nam apud Ciceronem nullus libri numerus agnoſcitur) perſuadebat, & quaſi manu ducebat Lupus iſte, cuius impietatis & Deorum neglectûs etiam commeminit Obſequens: *Rutilius Lupus*, inquit, *ſpretis religionibus, quum in extis caput non inueniſſet iecineris, amiſſo exercitu in prælio occiſus eſt.* Lucius vero Tubulus iſte quis fuerit, licet penitus ex Cicerone cognoſcere, ita graphicè deſcribentis eum in oratione pro Scauro: *Si mehercule, iudices, pro Lucio Tubulo dicerem, quem vnum ex omni memoria ſceleratiſſimum & audaciſſimum fuiſſe accepimus, tamen non timerem venenum hoſpiti aut conuiuæ ſi diceretur cœnanti ab illo datum, cui neque hæres neque iratus fuiſſet*, quem locum exponens Aſconius, *Lucius hic Tubulus*, inquit, *Prætorius fuit ætate patrum Ciceronis; is propter multa flagitia, cum de exilio accerſitus eſſet, ne in carcere necaretur, venenum bibit.* De eodem Cicero libris II. & V. de Finib.



Ibid. *aut Carbo, aut Neptuni filius.*] Puto legendum cum [redacted] Scaligero, *aut Carbo Neptuni filius.* extritâ voculâ *aut* tanquam ſuperfluâ. vt vocauerit Lucilius Carbonem iſtum filium Neptuni: nam ita dictos homines feros & immanes auctor eſt A. Gellius lib. XV. cap. XXI. Noct. Attic. Quem verò Carbonum hoc loco tangat Poëta, pro certo affirmare non auſim, quum Cicero tres fratres pariter improbiſſimos hoc nomine recenſeat Epiſtolarum ad Famil. lib. IX. cuius verba hæc ſunt: *Cognouimus Cn. Carbonem, & eius fratrem ſcurram. quid his improbius? de hoc amico meo Rubriæ filio nihil dico. tres illi fratres fuere, C. Cn. M. Carbones. Marcus P. Flacco accuſante condemnatus, fur magnus ex Sicilia. Caius accuſante L. Craſſo cantharidas ſumſiſſe dicitur. is & tribunus plebis ſeditioſus & P. Africano vim attuliſſe exiſtimatus eſt.*

5. *ſeruare potiſſit.*] alij *potis ſit* vocibus diuiſis, id eſt, poſſibile ſit. & ita Plautus. Dicuntur & hæc in Concilio Deorum.

6. *Vt multos menſesq; dies.*] Hanc veram horum verſuum ſcripturam Donato & Nonio quaſi inter ſe collatis conſtituit Pater, ſententiâ aptiſſimâ ac apertiſſimâ, quæ nulla antea ex fragmenti vtriuſque diſtractione elici poterat. Cenſet autem ab Ioue ipſo cælitus deſcendiſſe, & in Deorum concilio dictos eſſe, lento quidem ac ad ſcelerum vindictam cunctabundo, ſed temporis tarditatem grauitate ſupplicij compenſare ſolito. vide, ſi operæ eſt, Centurionatum Patris lib. I. cap. VI.

7. *Hæc vbi dicta dedit.*] Puto & hoc de Ioue, vel certè alio quopiam Deorum finem dicendi faciente intelligendum eſſe.

8. *Nec ſi Carneades.*] Multa de huius diuini ingenij celeritate, dicendique copia, Cicero in libris Philoſophicis.

9. *Per Satyram Ædilem.*] Et hunc verſum de P. Rutilio Lupo accipiendum credo. quippe quem per omnes dignitatum, ac honorum gradus ad Conſulatum demum deuolutum eſſe facile mihi perſuaderi patior. de lege verò Satyra Feſtum in Satura, & eiuſdem interpretem [redacted] Scaligerum, qui volet, cōſulito.

10. *Cui, ſi coniuret, populus.*] Ita ex chirographo codice corrigendum, pro, quod vulgo legebatur: *Cui ſi cum iure populus*, nullo intellectu. ad hunc autem librum pertinuiſſe ſuſpicatur Pater. quamuis id Chariſius nullus indicet. vt dicat Lucilius de Lupo hoc rerum potiente loquens: Cuius hominis ea factio ac potentia eſt, vt etiamſi vniuerſus populus Romanus in commune ad liberandam Rempub. conſulens opes inter ſe conſocient viresque opponant ſuas, tamen ne ſic quidem pares ad reſiſtendum eſſe poſſint. Hæc fere Pater Plautinarum Explanationum lib. IV. cap. VII.

13. *Ad cœnam adducam.*] Melius Pater *abducam.* Sic Plautus Milite: *Abducunt ad exta, me ad ſe, ad prandium, ad cænam vocant.* Similis menda apud Varronem Satyra Sexageſi, vbi excuſum legitur: *Eo, vt viaticum ex arculâ adderem in bulgam.* vbi item, *abderem in bulgam*, reſcribendum hariolor. Sic in Terentij Andria, *Prope adeſt, cum alieno more viuendum eſt mihi*, putem reponendum: *Prope abeſt.* ita enim Cicero ad Atticum lib. I. *Illam manum tu mihi cura vt præſtes, quoniam propius abes.*

Ibid. *cephaleaq; atarnæ.*] Atarne vt Cete piſcis genus eſſe notarunt iampridem viri docti. Sic Ennius: *— caluaria pinguia, atarne.*

15 *Theſtiadas Ledæ.*] Malè vulgò, *Theſtiados.*

Ibid. *Ixionas Archilochio.*] Pro Ἀρχιλοχίῳ, vt Ennius in ſecundo Annali: *Metico Fufetico.*

16. *Luci, miſimus, Æli.*] Quem L. Ælium potiſſimum hoc verſu deſignet Lucilius, incertum, cum multos diuerſos eo nomine fuiſſe legamus. *L. Ælij Lanuuini, L. Ælij Stilonis*, aut *Præconini* apud Suetonium de illuſtr. Grammaticis mentio. *L. Ælium Gallum* Varro & Sextus Pompeius ſæpius nominant.

18. *Serpere vti gangrana.*] Hinc idem morbus *Serpens* dictus Lucretio.

19. *mors, icteru' morbus.*] Ita [redacted] Scaliger vera & indubitata lectione reſtituit: nam in vulgatis, *mors, citer morbus*, ſine vllo ſenſu. Icterus autem morbus, dictus à volucri galbula concolore, eſt quem *Regium* vocat Horatius.

21. *Prætexta, ac tunica Lydorum opus.*] Ariſtænetus lib. I. Epiſt. XV. Σὺ ἢ ὦ πασῶν ὑπερφέρουσα γυναικῶν καὶ κάλλει καὶ γνώμῃ τὸ εὔφρον οὐ παρήγαγεν εὐτελείας. οὐχ ὅρμος, οὐχ ἑλικτῆρες, οὐ πόλεων τὸ πολύτιμον, οὐ περιδέῤῥαιον, οὐ Λυδιός τε καὶ ποδήρης χιτών, οὐ πορφυρίδες, οὐ θεράπαινα τῆς Καρίας, οὐδὲ Λυδῶν ὑπερφυῶς ἐστεργῦσαι γυναῖκες. Lydij verò quondam ex Aſia duce Tyrrheno profecti in Tuſcia ſiue Hetruria conſederūt, vt docent Strabo V. Geogr. & Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. I. Antiq. Rom. Hinc Plinius lib. VIII. cap. XLVIII. Nat. Hiſtor. *Prætexta apud Hetruſcos originem inuenere.*

22. *Pſila atque amphitapa.*] Gloſſarium: *Auleum*, ψιλή. Item: *Babulonicum*, ψιλὴ πολύμιτος. Item: *Tapetus*, τάπις, ψιλή.

23. *Irritata canes quod, homo quam.*] Ita rectè

recètè verſum hunc conſtituit Ioſ. Scaliger. In verbis verò Chariſij ineptiſſimè nomen Plinij irrepſit. continuandus enim eſt verſus Lucilij hoc pacto: *Canes. Lucilius primo, Irritata canes quam homo, quod planiu' dicit. pro canis.* Quem locum eidem Grãmatico etiam aliquanto poſt in mentem fuiſſe exiſtimem cum ſcripſit: *Torques. hic & hoc Torques, vt hic & hac Canis à Lucilio libro primo dictas legimus.* vbi nullus herculè dubito, quin *Canes* reponendum ſit, & hunc locum intellexerit. Porrò libenter eum, quoniam de litera R agit, ad nonum Lucilij tranſtuliſſem, eò enim libro de orthographia ac literis diſputarat, ſed mouit me conſenſus Nonij & Chariſij pariter ex libro primo producentium. de eo igitur lectorem commonuiſſe ſuffecerit.

24. *Nodum in ſcirpo inſanè facere.*] Illud *facere* quid huic locò faciat equidem non video, hoc certè paret ex Donato Lucilium verbum vetus *In ſcirpo nodum quærere* vſurpaſſe. an ergo audeamus ſic reformare? *In ſcirpo nodum tum inſanè quærere vulgus.* vt ſententiæ pariter & verſui conſulatur. Eandem parœmiam Ennius extulit: *Quærunt in ſcirpo, ſoliti quod dicere, nodum.*

25. *Et mercede meret relligiones.*] Reſcribendum ſuſpicatur Pater: *Et merc. merent legiones*, referendumque ad locum illum, qui ita corruptiſſimè apud Porphyrionem Horatij Interpretem conceptus legitur lib. I. Epiſt. I. *Cohors nunc amici, nam & Lucilius eos, qui nunc* (fortè *cum*) *præſidibus ad ſalarium eunt mercede inuentas ait.* vbi idem *merentes* pro *inuentas* emendat.

27. *Arutenas, & æquales.*] Vulgò, *Arutæ neque æquales* diſtractis vocibus. credam, *Arutenaq; & æquales.*

# IN RELIQVIAS
## LIBRI II.

1. QVEM *cùm vidiſſent.*] Vetus codex, *Quem illi cùm vidiſſent.* quid ſi? *Quem cùm ibi vidiſſent.*

Ibid. *aliumq; cubare.*] Cubare abſolutè pro quod Plautus, *In morbo cubare.* Horatius lib. I. Sermon. Sat. IX.

*Trans Tiberim longè cubat is prope Cæſaris hortos.* de quâ vocabuli huius notione plura Pater in Succidaneâ Appendice ad Commentariolum Horatij cap. IV.

2. *Peſtem pernitiemq;.*] Catullus: *Eripite hanc peſtem pernitiemq; mihi.*

Ibid. *Catax quam & Manlius.*] Feſtus: *Catax, claudus.* Gloſſæ Iſidori: *Catax, claudus, coxus.*

3. *Sole occaſo.*] In XII. Tabulis verbum hoc ita ſcriptum eſt: *Sol occaſus ſuprema tempeſtas eſto.* adi A. Gelliũ lib. XVII. cap. II. Noct. Attic.

4. *Iniuriatum hunc.*] [redacted] Scaliger: *In viriatum* ex Nonio, qui ſcribit *Viriatum dictum eſſe magnarum virium.*

Ibid. *in fauces inuaſſe.*] Ita [redacted] Scaliger pro inuaſiſſe: cui accedit libri veteris ſcriptura, in quo *muaſſe.* Sic Horatius lib. II. Serm. Sat. III. *Euaſti? credo metues doctusq; cauebis.* vulgares editiones *inuolaſſe* peſſimè.

5. *Nunc nomen iamque.*] [redacted] Ioſ. Scaliger totum verſum ita conſtituit:

*Nunc Nomentani quæ ex teſtibus ipſe rogando Excuſpi, hæc dicam.* —— & huius Nomentani Lucilium alias etiam meminiſſe præter hoc ipſius teſtimonium, quod paulo infra habes, *Qui te, Nomentane, malum iam cætera perdat.* teſtatur Scholiaſtes vetus Horatij ad illa: *Pantolabum ſcurram Nomentanumq; nepotem.* vbi ait: *Pro hominibus vilibus. Nomina ſunt luxurioſorum, quos etiam in priore libro Lucilius carpſit.* quo loco aut *libro ſecundo* pro *priore* reponendum, aut certè hæc fragmenta Lucilij ad librum priorem transferenda exiſtimo. *Exculpi* autem pro *exculpſi* ἀρχαϊκῶς dictum.

8. *meu' ſi diſceſſerit horno Gentili.*] Fortean huc pertinuerint illa Apulei ex Apologia, emendante [redacted] Caſaubono: *Equidem C. Lucilius, quanquam ſit Satyricus, tamen improbarim, quod Gentilem & Macedonem pueros directis nominibus carmine ſuo proſtituerit.* nam vulgares editiones habent *C. Lucullus quanquam ſit Iambicus.* vbi *Iambicus* etiam retineri poſſe crediderim, eo enim genere carminis Lucilium quoque ſcripſiſſe ſatis alibi, vt puto, oſtendimus. Et certè Macedonis etiam meminiſſe videtur, quamuis locus corruptiſſimus ſit, lib. VIII.

*Hic eſt Macedo ſi agron longiu' flaccet.*

13. *cica & oraria.*] Bene Carrio *rica, & oraria*, & refert ad vocem iſtam paulo prius à Nonio expoſitam, *Rica eſt quod nos ſudarium dicimus.*



*dicimus.* Oraria verò collocat inter tegmina ſiue veſtes, vt monet clariſſimus Lipſius: alioqui *oraria, quibus os obuelabatur*, interpretantur Gloſſæ veteres.

15. *Iam cætera perdat.*] Aliquod mendum latet, quod tollere non poſſumus, ſuſpicabamur tamen, *iam querquera perdat.*

16. *Tum ferto omnia.*] Ferto luſtrabãt olim. Feſtus: *Fertum genus libi dictum eſt, quod crebrius ad ſacra ferebatur, nec ſine ſtrue altero genere libi: quæ qui adferebant Struferctarij appellabantur.* Idem: *Struferctarios dicebant, qui quædam ſacrificia ad arbores fulguritas faciebant, à ferto ſcilicet quodam ſacrificij genere.* Vide neceſſario inſcriptionem Fratrum Arualium apud Scaligerum ad Feſtum, cuius indicio hæc etiam loca debere nos libenter profitemur.

Ibid. *ſunt circumlata.*] Virgilius: *Idem ter ſocios purâ circumtulit vndâ.* vbi Seruius: *Circumtulit, purgauit. antiquum verbum eſt. Plautus: Pro laruato te circumferam, id eſt, purgabo. nam luſtratio à circumlatione dicta eſt vel tædæ vel ſulphuris. Iuuenalis: — ſi qua darentur Sulphura cum tædis.*

18. *Vix viuo homine.*] Sic Ouidius lib. II. de arte amandi: *Sit gracilis, macie quæ male viua ſua eſt.* quod interpretandum ex illo Lucretij lib. IV. *Iſchnon eromenion tum ſit, cum viuere non quit Præ macie.*

Ibid. *ac monogrammo.*] Similiter T. Liuius *Effigies, imo vmbræ hominum, fame, frigore, illuuie, ſqualore enecti.*

22. *Noctiluca.*] Ioſ. Scaliger in Coniectaneis *noctulugus* emendat, & addit hanc vocem Lucilium vſurpaſſe pro obſcœno, id eſt, mali ominis, quales ſunt bubones, aut ſimiles aues noctu lugentes.

# IN RELIQVIAS
## LIBRI III.

1. MILLIA *porrò bis quina.*] Ita rectiſſimè duos hos verſus conſtituit Ioſ. Scaliger: nam vulgo & ſententia pariter & verſibus claudicantibus legitur: —— *bis quina octoginta videbis Commoda de Capuâ quinquaginta atque octo.*

2. *Ad portam mille.*] Eleganter Lucilius ad portam longum iter eſſe ait, ſed portæ vicinum Salernum, quum tamen longiſſimè Salernum ab vrbe diſtet. Eandem ſententiam expreſſit Varro, qui portam itineri longiſſimam dicit, quod cùm ab vrbe proficiſcendum eſt, cunctamur vixque vrbe pedem efferimus, qua vbi exiuimus, facilè quò intendimus peruenimus. Hanc huius verſus interpretationem adfert Turnebus Aduerſar. lib. XXVIII. cap. IX.

3. *Inde Dicæarchum populos.*] Verſum hunc, quamuis à Feſto ex incerto Satyrarum libro allatum, ordo itineris huc referendum eſſe admonet. Puteoli enim colonia non procul à Capuâ diſſita erat, quam Dicæarchiam dictam etiam Plinius cõſentit, lib. III. cap. V. Nat. Hiſt.

4. *Campana Capua.*] Et hęc ad itineris huius deſcriptionem pertinere iam olim monuit Pater ad Horatium, quæ cum proximè ſubſequenti fragmento etiam cohæſiſſe non vanè ſuſpicari poſſumus.

6. *Αἰγίλιποι montes Ætnæ.*] Hæc vera eſt huius verſus ſcriptura, vt docuit ex Homero doctiſſimus Theod. Canterus, apud quem ſæpius legitur: ἤτε κατ' αἰγίλιπος πέτρης cùm loquitur de ſcopulo aliquo prærupto & rupe adeò altâ vt præ altitudine à capreis relinquatur. in vulgatis A. Gellij libris peſſimè exſtat: *ἐπὶ τὸ λοιπὸν vt aiunt montes Ætnæ omnes atque aſperi athones*, in manuſcriptis verò, *Αιπίλιπει montes Ætnæ.*

8. *cippos Colligere omnes.*] Et hunc ſeſquiverſum ad hunc librum & itineris deſcriptionem pertinuiſſe iudicaui, cuius hanc ſententiam facit Adr. Turnebus: Venuſtè malos muliones inducere ſua iumenta in cippos eminentes & inæquales, nec ſequi planam viam & æquatam, ex eoque vel iumenta ceſpitare, & cadere vel euerti vehicula ſignificans, eos dicit *colligere cippos.*

9. *Mantica cantherî coſtas.*] Et hoc fragmentum ad itineris huiuſce deſcriptionem indubiè pertinere autumat Parens meus. Videtur autem de ſe ac vectore ſuo fabulari cui hipperæ vtrimque dependentes (id enim mantica eſt) tergaque & coſtas preſſatas vlcerabant onere ſarcinarum multo infeſtiſſimo. Vide Patrem in Succidanea Appendice ad Commentariolum Horatij.

10. *Promontorium remis.*] [redacted] Ioſ. Scaliger, *Promontorî imum*, fulciendo verſui, hoc eſt τὴν ὑπὸ ἄκραν.

11. *Quattuor hinc Silari.*] Quamuis libri numerum, vnde hic verſus deſumtus ſit, non indicet Probus, ordinis tamen coniectura ductus hîc eum locandum cenſui.

12. *Palinurum peruenio nox.*] Palinuri promontorij meminit Plinius lib. III. cap. V. Nat. Hiſt. *nox* autem pro noctu, ἀρχαϊκῶς. XII. Tabulæ: *Si nox furtum factum eſcit.* Adi Macrobium lib. I. cap. IV. Saturnal.

13. *tũ Liparam & Faſceliti templa Dianæ.*] Ita emendauimus. legebatur antea; *tum Liparas Faſcelinæ t. D.* De Diana Faſceliti Seruius in II. Æneid.

14. *Hic * * ſummi.*] Ita prima parte mutilum hunc verſum in veteri codice reperimus. in vulgatis eſt, *Tertius hic mali ſuperat carcheſia ſumma.* vbi vocem *Tertius* pro *libro tertio* in contextum irrepſiſſe nemo non videt.

15. *viamq́ Vis degrumari.*] Multa ad hunc locum collecta vide apud P. Pithœum Subſec. lib. II. cap. XIV. Ioſ. Scaligerum ad Feſtum, P. Merulam ad XVII. Annalem Ennij.

17. *non purpura, nulla pelorus.*] Alij, *non purpura nulla Pelori.* vt more Græcorum augeant duæ negatiuæ.

19. *—ergo E ſomno pueros.*] Ita rectè vulgata lectio: à qua vellem manũ abſtinuiſſet Caſper Schoppius: qui volentibus, ſi DIs placet, Muſis ait ſe reſcribere, *Ego è ſomno pueros.* & in Diomede *ſatiatus ſomno* pro *excitatus à ſomno.* Adeò ſæpe bonis ſcriptoribus nouas plagas pro medicina inferimus.

20. *Cernuus extemplo.*] Feſtus & Iſidorus volunt Cernuum eſſe genus calceamenti, decepti hoc verſu Lucilij, vt docet Scaliger ad Varronem. ac eundem præceſſiſſe putat illum ex incerto Satyrarum libro à Feſto allatum:

*Et pedibus læuâ ſicyonia demit honeſta.*

21. *Broncus nouit lanius.*] Gloſſarium: *Brochus,* ὁ τὸ ἄνω χεῖλος ὠδηκώς. lege, *Brounchus.*

Ibid. *dente aduerſo.*] Sic idem lib. IX. *—denteſq́ aduerſos excutio omnes.*

Ibid. *Rhinoceros velut Æthiopus.*] Ita duo hæc loca, quæ diuerſis libris legebantur, combinauimus. Nam hæc verba ſola ex IV. libro adducta legebantur. quæ res Adr. Turnebum in fraudem impulit, dum autumat Rhinocerotem Lucilio dici hominem, qui dente eminente bronchus ſit.

22. *Ille alter abundans.*] In horum verſuum ſcriptura rectè atque ἰσοπαχῶς collineatum à Parente meo. ita enim Donati locum deprauatiſſimum emendandum affirmat eiectis velut è Belgio Hiſpanis, inque eorũ locum Pinnirapo laniſta, hoc eſt, gladiatore recepto.

Ibid. *Cum ſeptem incolumis pinnis.*] Varro lib. IV. de Ling. Lat. *Pinna, quas inſigniti milites in galeis habere ſolent, & in gladiatoribus Samnites.* Gloſſæ Iſidori: *Pinnirapi, ſecutores, gladiatores, quod pinnas rapiant.*

24. *Symmachu' præterea.*] Coniungebat cum his Paullus Merula alium verſum à Nonio item ex tertio Satyrarum Lucilij citatum: *Non, vt opinor, is à leto iam longiter errat.* Sed impoſuit viro [redacted] corrupta Nonij editio. non enim Lucilij, verùm Lucretij verſus eſt iſte, apud quem lib. III. ita legitur: *Non, vt opinor, ea ab leto iam longiter errat.*

26. *poſticâ parte profundit.*] Alij, *profudit.* vt illud Sulpitiæ de Domitiano: *Non trabe, ſed tergo prolapſus.*

30. *Illud ad incita cum redit.*] Ita in veteribus libris conſtanter excuſum reperimus non minus hoc quam illo altero eiuſdem Poëtæ loco libri XV. *Commanducatus corrupit, ad incita adegit.* vnde euidentiſſima ſuſpicio eſt, etiam antiquos *Incitum* & in plurali *incita* dixiſſe. nam ſi *incitas* cum vulgo legas, non video quanam ratione conſtare poſſent numeri Luciliani. nec enim eos *as* quemadmodum *us* eliſiſſe crediderim.

31. *Exhalat placidos tum.*] Ita excudi curauimus ex fide antiqui codicis. nam vulgò priore parte verſus deminuto legitur: *Exhalas tum acidos ex pectore ructus.* vnde rectum ſuſpicabar: *Exhalas acidos tum demũ pectore ructus.*

33. *Caupona hic tamen vna Syra.*] Hinc *Copa Syriſca* Virgilij ducitur.

## IN
# RELIQVIAS
## LIBRI IV.

1. O LAPATHE, *vt iactare.*] Hos verſus, licet non appoſito alicuius libri numero citentur, huc tamen referendos putaui, quoniã diſertè in homines ingluuioſos ac tantum nõ abdomini deditos dicti viderentur. Petri autem Criniti turpem hallucinationem, qui ex lapatho herba nomen viri hîc conſtituerit, ſatis caſtigat P. Victorius Variar. lib. XXIII. cap. XIII. nam Poëta conuerſo ſermone herbæ vtilitatem commendat. vnde paullo poſt in Cicerone ſequitur: *Non igitur lapathi ſuauitatem acipenſeri Gallonij Lælius anteponebat.*

Ibid.



Ibid. *In quo Læliu' clamores Sophos.*] Cognomentum Sapientis C. Lælio ex re adhæſit, quod cum Tiberij partes aduerſus optimates tueri cæpiſſet, diſcordiam ciuitatis metuens ab incepto deſtiterit. Plutarchus in Gracchis. vulgo autem *Sapiens,* non *Sophos* appellabatur, vt apparet ex Cicerone de Officiis & Senectute, inter quas appellationes nominis ſonus differt. cæteroqui Pomponius I. C. fruſtra eſſet, qui in Enchiridio de origine Iuris ſic ſcribit: *Fuit poſt eos maxima ſcientia Sempronius, quem populus Rom. Σοφὸν appellauit: nec quiſquam ante hũc aut poſt hunc hoc nomine cognominatus eſt.*

Ibid. *compellans gumias.*] Sic doctiſſimus Scaliger. Gumiæ verò vocabantur antiquitus guloſi. Adi, ſi libido eſt, Coniectanea eiuſdem. Adr. Turnebum *gumas* legiſſe apparet, qui ita dictos fuiſſe putat homines luxurioſos, vt κύμαξ: nam neutra illa Græcorum in primam declinationem ſæpe à Latinis deflecti ſolita. *Gumas* igitur vt gurgites vocatos. Paullus Merula *glumias* vbique reſcribendum aſſerit, quoniam in antiquis libris Ciceronis *gluma* expreſſum depræhenderit.

Ibid. *O Publi, ô gurges Galloni.*] Eiuſdem & rei & hominis meminit Horatius lib. II. Sermon. Sat. II. *—haud ita pridem Gallonî Præconis erat acipenſere menſa Infamis.* vbi vetus interpres, *Gallonius Præco,* inquit, *primus acipenſerem piſcem ſua menſa appoſuit, quare eius menſa etiam à Lucilio taxatur.* Cicero de Finibus lib. II. *Sed qui ad voluptatem omnia referens, viuit vt Gallonius, loquitur vt Frugi ille Piſo, non audio.*

Ibid. *Læliu' præclarè.*] Ordinem horum verſuum ita in priſtinam dignitatem reduxit [redacted] Scaliger, qui antea tranſpoſiti, ac perturbati legebantur. hic enim verſus ante illum ponebatur: *O Publi, ô gurges Galloni, es homo miſer, inquit.* Præterea pro *illaq́ verè,* abſurdè nimis *illudq́ verè* legebatur, quæ res Georgium Fabricium [redacted] peſſimè decepit, dum hoc ſolo exemplo nobis approbare conatur D literæ eliſionem ſeu ſubtractionem perinde vt S veteribus vſitatam fuiſſe.

2. *Quod ſumtum atque epulas.*] Hunc quoque verſum quamuis ex incerto libro allatum, huc pertinere iudicauimus. nec incommodè de eodem Gallonio accipi poſſe putamus. ſic enim Cicero in eandem rem pro Cæcinna: *Qui relicta bonorum virorum diſciplina & quæſtum & ſumptum Gallonij ſequi maluerunt.*

3. *Nam quid Mutino.*] Mutinum in Lucilio ſeu Mætinum eſt σφραγὶς vel φυλακτήριον, vt docet Ioſ. Scaliger ad Priapeia. nam pudenda pro amuletis ſuſpendi è collo pueris auctor Varro. Ex Lucilio verò cognoſcimus etiam ſignis notam vereтri apponi, velut προβασκάνιον quoddam. In veteri Gloſſario legitur: *Mutonium,* προβασκάνιον, ὡς Λουκίλιος. vt manifeſtè appareat eum in animo hunc locum Lucilij habuiſſe. in Lucilio tamen non eſt *Mutonium* ſed *Mutinum.* Hæc ferè Scaliger. vide & Turnebum lib. XVII. cap. XXIII. Aduerſar. & I. Lipſium Electorum lib. II. cap. XIX.

Ibid. *Vt lurcaretur lardum.*] Pomponius Syris: *Lapathium nullus veſcebatur, lardum lurcabat lubens.*

4. *Hunc pontes Tiberinu' duo.*] Sic reſtituit Pater, cum in omnibus libris perperam legeretur, *Tiberinos.* Catillonem Tiberinum inter duos pontes captum dicit Lupum piſcem qui Romanis in ſummis delitiis erat. Horatius lib. II. Sermon. Sat. II. *Vnde datum ſentis? Lupus hic Tiberinus, an alto Captus hiet?* Plinius lib. IX. cap. LIV. Nat. Hiſt. *Eadem aquatilium genera alibi atque alibi meliora: ſicuti Lupi piſces in Tiberi amne inter duos pontes.* Columella de re ruſtica lib. VIII. cap. XVI. *Hoc igitur periurium multorum ſubtiliorem facit gulam, doctaq́ & erudita palata faſtidire docet fluuialem Lupum, niſi quem Tiberis aduerſo torrente defatigaſſet.*

5. *Illi præciſo atque epulis.*] Coniungendum hunc verſum putamus cum ſuperioribus, quoniam ex ſermonis conſequentia & ſenſu ſimul appoſitè quadrare videntur. malè autem ex XX Satyrar. libro citabatur.

6. *Tunnos captato, cordulum.*] Ita verſus optimos ex deprauatiſſimis eruit Ioſ. Scaliger. quibus hortetur Lucilius Lupum illum famoſo carmine ſæpius à ſe notatum, εἰρωνικῶς, vt relictis minoribus piſciculis illis, vt ſunt cordilæ & ſaperdæ, tunnos, ſiluros & amias immanes piſces conſectetur. manifeſtò autem irridet gulam ac rapacitatem illius, quamobrem etiam ad hunc librum tranſtuli. vulgò nulla aut ſententiæ aut verſuum ratione habita ita expreſſum reperies: *Thynno capto coruum excludunt foras, occiduntq́ lupos aperdite & iura ſiluri. Sumerete atque amiam.* Quorum tamen priorem verſum idem Scaliger non coniungendum ſibi cum ſequentibus videri monuit poſtea in Appendice ad Coniectan. non enim eſſe Hexametrum. ac proinde legendum: *Thunno capto coruum excludendum foras.* quod prouerbiale antiquis fuerit. vt Amphis Comicus oſtendit:

> Ὅστις κορακῖνον ἐσθίει θαλάττιον
> Γλαύκου παρόντος, οὗτος οὐκ ἔχει φρένας.

7. *vinum Defuſum quibus è pleno.*] Verba hæc aliquantum à Cicerone more ſuo immutata ac tranſpoſita, qui ſæpiſſimè ita Poëtarum

verſus diſſoluere ſolet, vt eorum ſtructura haud facile dignoſci poſſit. quę tamen Pater ſic reſoluenda & ad numeros redigenda putat, vt edidimus. Verum [redacted]. Franciſcus Iunius [redacted] ea ita à ſe reſtituta nobis indicauit nuper:

——— *ſit quibu' vinum*
*Defuſum è pleno, hir, ſiphon cui neq. dempſit,*
*Vim nec ſacculus abſtulerit, ludos adhibentes.*

nam poſt verba illa *adhibentes ludos* continuò in Cicerone legitur: *& quæ ſequuntur*, vt manifeſtò appareat ea verba Lucilij fuiſſe. *Defuſum.* ita rectè legitur. vide Turnebum Aduerſar. lib. I. cap. I. *hir, ſiphon.* ita Ioſ. Scaliger in Appendice ad Coniectan. ex melioribus tam ſcriptis, quam antiquitus excuſis exemplaribus reſtituit, pro quod legebatur *œnophoro.* nam vinum cui ſiphon aliquid dempſerit, ſi diu ita deintegratum maneat aceſcit. Propterea Lucilius ex cuius verbis hæc ſcribit Cicero, proponit vinum integerrimum, & nulla parte periclitans aceſcere: id quod ſiphone depletum non eſt, neque vola manus pitiſſatum. nam Ir, vel Hir eſt vola manus, & ſumitur pro hauſtu, vel depletione. quia vola manus deplemus vas vinarium, ad vinum guſtandum. Egregie facit locus Catonis ad hanc rem: *Iri prima.* id eſt, primæ depletioni. Hæc ferè Scaliger.

Ibid. *Vis & ſacculos abſtulerit.*] Ità habebant antiquæ editiones, vnde Scaliger: *vires ſacculus abſtulerit.* Fr. Iunius: *Vim nec ſacculus abſtulerit.* Firmiſſima autē vina olim ſacculis vinariis caſtrari ſolita notiſſimum eſt ex Plinio.

8. *Editáq; bibitq;.*] Sic & hos verſus reconcinnauit Pater, quos ad hunc librum quoq. transferendos putaui, quoniam eodem pene loco à Cicerone recenſentur, quo illi:

*O lapathe, vt iactare neceſſe eſt* &c.

Ibid. *& ſi quæri libenter.*] Libenter cænare, id eſt, cum voluptate & lubentia. Cato de re ruſt. *Si voles in conuiuio multum bibere cænareq; libenter, ante cænam eſto braſſicam crudam.* Pomponius Placenta: *Ruſtici edunt libenter pedibus triſtes, acres intibos.*

9. *Viuite lurcones.*] Verſus hic à Donato ex libro II Lucilij, à Nonio verò ex V producitur, vnde ego ad hunc librum pertinuiſſe non vanè ſuſpicatus ſum, nam apertè in luxurioſos, ac gulones dictum apparet. In antiquis verò libris pro *lurcones* eſt, *glaucones* quod corruptum putat Ioſ. Scaliger ex *glutones*, ac deinde à correctoribus non intelligentibus eam vocem mutatum in *lurcones*. Glutones verò dicebantur guloſi. Perſius Sat. V. *Nec gluto ſorbere ſaliuam mercurialem.* Ambroſius: *Sic amat diabolus filios ſuos vt perdat, ſicut amat gluto porcellum, vt comedat.*

Ibid. *viuite ventres.*] Iuuenalis Sat. IV. *Montani quoque venter adeſt abdomine tardus.* Epimenides apud D. Paulum: κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί.

10. *Æſerninu' fuit.*] In editionibus vulgatis hic verſus poſteriore ſui parte mutilus legitur ſic: *Æſerninu' fuit flacco ære, vna equidem.* quem ſupplebat Pater, *ac vnâ equidem aure.* Had. Iunius verò è veſtigiis veteris ſcripturæ (vt ait) emendabat hoc pacto: *flacco ore Amuniu' quidam.* vt nomen iſtud fuerit hominis Æſernia, Samnitium municipio, oriundi.

Ibid. *Vitâ illâ dignu' locoq;.*] Sic Petronius: *Intrat cinædus homo omnium inſulſiſſimus, & planè illâ domo dignus.* Victorinus in Commentario de metrorum ratione ex Ennio refert hoc hemiſtichium, à quo veriſimile eſt Lucilium eſſe mutuatum.

Ibid. *Cum Placidiano componitur.*] Eodem alluſum à Cicerone lib. III. epiſtola IV ad Q. Fratrem: *Non putaſſet ſibi Pompeius de illius ſalute, ſed de ſua dignitate mecum eſſe certamen, in vrbem introiuiſſet, ad inimicitias res veniſſet, cum Æſernino Samnite Placidianus cōparatus viderer.* Placidiani gladiatoris etiam Horatius meminit lib. II. Sermon. Sat. VII.

*— Cum Fului Rutubaq; Aut Placideiani contento poplite miror Prælia rubricâ picta aut carbone.* ——

Ibid. *optimu' longè Poſt homines natos.*] Genus loquēdi Tullio oppidò quàm familare. vt pro Milone: *Vnius poſt homine natos fortiſſimi viri.* de claris oratoribus: *Longè autem poſt natos homines improbiſſimus C. Seruilius Glaucia.*

11. *Occidam illum equidem.*] Hos verſus, quamlibet ex incerto libro adferantur, eodem tamen quo ſuperiores pertinuiſſe credo, ex Cicerone potiſſimum coniecturam faciens, qui eos itidem à Placidiano aliquo enunciatos prædicat.

Ibid. *ſuru ac pulmonibu' ſiſto.*] Omnes in vocabulo *ſura* vt ſcopulo offenduntur, nec iniuria: cur enim à ſtomacho ad ſurám repente tam longè tranſitur? deinde cùm interficere velit parem, nec lethalis plaga ſit ſuræ, cur ibi ſiſtere gladiū & defigere poſtulat potius quam immergere iugulo aut iecori? Itaque Adr. Turnebus tentabat reſcribere: *fibrâ ac pulmonibu' ſiſto.* nam & vox non longè abludere, & ſignificatio iecori conuenire videbatur. poëtæ enim Iecur ſæpenumero fibram vocant. ac idem aliquando legendum crediderat *lurâ*, vt os ventriculi, qui ceu vtris vel culeus quidā eſt, intelligeretur. Parenti noſtro videbatur legendum *hirâ*, cui deprauationi præter inſolentiam vocis etiam hiatū in medio verſu cauſſam præbuiſſe putabat. de quo adi, ſi videtur, illius Plautinarum Explanationum lib. I. cap XXII.



At verò [redacted] I. Scaliger, qui totum locum ita refingendum nobis indicauit: *— in os prius occipiam ipſe Quam gladium ſtomacho, ſicam pulmonibu' ſiſto.* Noli dubitare quin vera ea ſit lectio. Prius, inquit, occipiam ſiſtere gladium in os, quàm ipſum ſiſto in pulmones. Hoc enim planè gladiatorium, prius os petere quam corpus. Quare dicebant non te peto, piſcem peto, qui piſcis erat ſculptus in galea aduerſarij. Hoc præceptum dedit militibus ſuis Cæſar in pugna Pharſalica, vt prius ora hoſtium peterent, quam reliquum corpus. Sica autem erat etiam gladiatorum. Suetonius apud Iſidorum lib. XVII. cap. VI. Origin. *Dum cuiuſdam gladiatoris in ludum emiſſi gladius curuatus fuiſſet ex acie rectâ: procurrit vnus ad eum corrigendum, tumq; à pugnante reſponſum eſt, ſicâ pugnabo: inde ſicæ nomen datum eſt.* Vtrumque ergo geſtabant gladiatores, gladiū & ſicam. Hic locus Lucilij, ſi quis alius, dignus eſt notatu. Hæc Scaliger.

Ibid. *gladium dum accommodat alter.*] τὸ *Alter* non hac vulgariâ, verum hercle Pompeianâ notione, hoc eſt, pro *aduerſario* interpretandum videri monuit nos Pater.

12. *Quamuis bonus ipſe.*] Eodem hunc ſeſquiuerſum, quia de magiſtro quodam Samnitium, hoc eſt, laniſta agebat, referendum duxi, quamuis à Cicerone libri titulus non indicetur. Et prope abeſt, vt affirmem cum alio cohæſiſſe quem libro præcedente habes, hoc exemplo:

*Bronchu' bouillanus, dente aduerſo, eminulo, hic eſt* [*ipſe,*
*Rhinoceros velut Æthiopus, quamuis bonus*
*Samnis in ludo ac rudibus cuiuis ſatis aſper.*

Et certè, ne quid diſſimulemus, videtur Lucilius libro tertio Satyrarum potius inter alia itineris ſui oblectamenta, quod Roma fecit Capuam (nam & ibi ludos gladiatorios fuiſſe docet clariſſimus Lipſius in libris propriè huic rei deſtinatis) munus aliquod gladiatorium deſcripſiſſe, ad cuius imitationem maximè Horatius & ipſe in itineris ſui deſcriptione, quod ab vrbe Roma Brunduſium vſque inſtituerat, *Sarmenti ſcurræ pugnam, Meſſiq; Cicerri,* retuliſſe videri poteſt. quin verò & alia fragmenta, quæ eodem libro leguntur, ad eandem rem ſpectaſſe liquidò apparet, vt illud: —— *ille alter abundans Cum ſeptem incolumis pinnis redit, ac recipit ſe.* Itaque & hunc locum & duos proximè præcedentes, quos male hoc libro collocauimus, ad tertium hinc transferendos eſſe iudicamus.

13. *tamen tenero maneat ſuccuſſa lacerto.*] Alij, *tenero moueat*, quod pro moueatur poſitum credebat Pater perpeſſionis ſignificatu. I. Lipſius verba Lucilij hac emēdatione egere putabat, —— *tamen tenerom moueat ſuccuſſa lacertum Et manus interior* &c. tali ſententia: Præſcribere mulierculis videtur, vt ſi quæ imbecilliore corpore ſunt ad concuſſationem illam & dolorem lactantium puerorum fortiter tolerandum, vt humeros ac lacertos modicè moueant, ac ſuccutiant, manuque ſiniſtra (ita enim interiorem manum interpretatur) vber pauliſper tractent ac comprimant. Niſi forte cui pro eo *vberior* non *interior* ſed *vlterior* commodius legi poſſe videatur, quod ipſum non reiicit CL. Lipſius. Cæterum Ioſephus Scaliger longè alia mente ſe hęc accipere nobis indicauit, retenta vulgata lectione, niſi quod pro *vberior, liberior* reſcribat. Exigere ſiquidem poëtam à muliere vt ſit ſolido corpore. quod ſi non ita ſolido corpore reperiri poſſit, attamen vnum exigere, vt ſi ſuccutiatur manu, aut alio impulſu, ſaltem maneat immota, quantumuis teneros lacertos habeat, & etiā vt manus liberius requieſcere poſſit ſuper eius mamilla: non autem vt peſſum eat prę mollitie mamillarum.

14. *Tiſiphone reſidet.*] Sic Had. Iunius verſus hos ſartos tectos reddidit, libri ſcripti fidem ſecutus maximè, in quo erat: *Tiſiphone retine pulmonibus atque adirem vnguen.* &c. in vulgatis verò codicibus multo corruptiſſimi leguntur ſic: *Tiſiphone te pulmonibus adirem, vnguentum Excoctum attuli Eumenidibus ſanctiſſima Erinnys.*

15. *in caput inſilit.*] De nimis Latino verſuum horum intellectu, Patris mei Præcidanea pro Tibullo, qui volet, conſulito cap. XVII.

16. *Hæret verticulis affixum.*] Videtur Adr. Turnebo Lucilius hoc verſu verticulas vocare ſpondilos ſpinæ potius quam articulos. Verticulas autem credit dici & ſpondilos & articulos à vertendo: quod ibi ſe vertant & flectant membra corpuſque quaſi στρόφιγγες ſint. Eiuſdem verò loci crebra ruminatio redegit mihi in memoriam Arnobianum quempiam, vbi vocem hanc miſerè interpolatam licet agnoſcere, libro III. aduerſus Gentes, *Quid ergo dicemus? Caput Deos geſtare tereti rotunditate collectum, retinaculis neruorum dorſo illigatum ac pectori, & ad ceruicum neceſſarias flexiones conſertionibus verticum, atque oſſea ſubſtructione fulciri?* apage iſtud *verticum.* repono quamuis audaciter *cōſertionibus verticularum.*

17. *Hi præ ſe portant.*] Sic Varro Manio: *Lecto ſtrato matellam, lucernam, cæterás res huiuſmodi præ ſe portant.* Plautus dandi caſu dixit Pænulo: *Trecentos nummos Philippos portat præ ſibi.*

20. *Longior hic quam grus.*] I. Guilelmius homines longos πυγμαιωδῶς Graues dictos hoc Lu-

hoc Lucilij & illo Laberij verſu ex Fullonicis probare nititur: *Vtrum tu hunc gruem balearicum an hominem putas eſſe?*

Ibid. *grue totâ cum volat olim.*] Pater: *grege tota.* ſic enim ſupra: *Duceret haſce greges.* quod tamen hoc loco Nonij obſeruatio non videtur admittere. *olim* vero ex Plauto interpretandum ſcribente in Milite: *Quam ſolis radij eſſe olim, cum ſudum eſt, ſolent.* & Truculento: *Quam olim muſcarum eſt, cum caletur maximè.* Sic Horatius Satyra 1. —*vt pueris olim dant cruſtula blandi Doctores.*

23. *dum fulmentas quattuor addit.*] [redacted] Iſacus Caſaubonus, [redacted]: *clauis fulmentas quattuor addit.* hoc eſt, quatuor clauis fulmentas addit. imperitum librarium ex *cl.* feciſſe *d* autumat, quæ prima mendi indoles fuerit. Fulmenta autem ſunt καττύματα, vt idem monet, quod etiam ſolum Latinis dicitur.

# IN RELIQVIAS

## LIBRI V.

1. TAMETSI *non quari docebo.*] Verſus labaſcit, ni fulcias hac Parentis noſtri emendatione: —*tamenetſi haud quari docebo.* pro tametſi. Sic Catullus: *Qua tamenetſi vno non eſt contenta Catullo.*

Ibid. *quod ἄτεχνον Iſocration eſt.*] Donatus ad Adelphos Terent. *Argumentorum genera duo ſunt ἔντεχνον, καὶ ἄτεχνον.*

2. *Nam ſi quod ſatis eſt homini.*] Ita verſus hos legendos & interpungendos exiſtimat I. Lipſius Muſarum delitiæ, de quorum ſententia adi, ſi lubet, ipſius Variar. Lect. lib. I. cap. XIV. Luſit autem Lucilius in varia ſignificatione eius orationis qua *Satis eſſe* aliquid dicimus, & id quod reipſa ſufficit, & quo contenti ſumus. ſic Auſonius: —*ſatis hoc rear eſſe, Quod ſatis eſt.*— & Seneca Epiſtola XV. *Quibus, ſi quid ſatis eſſe poſſet, fuiſſet.*

3. *Sicuti cum primos ficos*] alij, *primas ficos* & *paucas* ſequenti verſu. Sic idem ſuprà: *Aſſiduas ficos.*

Ibid. *propala recentes.*] Propalas putat fuiſſe Turnebus, quæ merces palam & velut ante palum, ſeu de palo pendentes vendiderint, cui aſſentit Had. Iunius. Palum enim multis in locis rerum venalium indicem ante domum erigi ſolere addit, ac vocem merè Latinam eſſe, id quod ſyllabæ longę ratio facile euincat, cum ſi peregrina fuerit *Propola*, neceſſario breuianda ſit. Cæterum Ioſephus Scaliger huic incommoditati alia ratione ſubuenit, putat enim *Propola* ex Græco πωλεῖν deduci, ſed præpoſitionem Latinam eſſe, vt in *Prologus.* producitur enim. quod non eſſet ſi Græca eſſet. ſi enim eſſet προπώλης hoc eſt προξενητὴς, neque primam produceret, neque eam ſignificationem haberet quam nunc. Dictus enim quod primus vendat merces: quas in portu primus anticipat: &, vt Perſius ait, primus tollit piper à ſitiente camelo, vt prior vendat. quod manifeſto innuit Lucilius. Hæc & plura Scaliger ad Culicem Maronis.

Ibid. *Protulit.*] Pro profert accipiendum ab antiquo Tulo. eſt enim præſentis temporis non præteriti. Sic *Obtulit*, pro offert vſurpat Plautus. & Pacuuius in Medo: *Et cuſtodite hunc vos ne quis eum abſtulat, néue attigat.* pro auferat.

4. *loco validum ac regione.*] Ennius: *Succincti gladiis media regione cracentes.*

5. *Dic quam cogitat vis ire minutim.*] Acutè amicus noſter Ioannes Meurſius: *viſire minutim.* de qua voce conſule Ioſ. Scaligeri Caſtigationes in Catullum. priora tamen verba Lucilij etiam corrupta ſunt.

7. *Et cùm id mi viſus facere eſt.*] Sic Pater ex coniectura verſum conſtituit, quomodo & poſtea in libro antiquiſſimo Priſciani manu exarato exſtare comperi. vulgò perturbatis numeris legitur: *Et cum id mihi viſus eſt facere tum retia nexit.*

Ibid. *tum retia nexit.*] Has tres voces ex incerto libro Satyrar. Lucilij etiam Diomedes adducit lib. I. Grammat. vbi docet *Necto nexui vel nexi* facere in præterito.

8. *Conſilium, fas ſi placet, tune i.*] Had. Iunius, *C. fas ſi placeat, tu imp. ſ.* Sed vera & indubitata lectio Ioſephi Scaligeri: *Conſilium facſint placeat, tu impune luperis.* nam *ſuperbus* illud nihil ad rem.

11. *Liuiu' pauperem ait.*] Coniiciebat Pater: *Liuiu' pauperie hâc ſe ingentia munera fungi.* id eſt, in hac pauperie ſua. quaſi dicat nihil obeſſe pauperiem Liuio quo minus ingentia munia defungi poſſit.

12. *Lippus edenda acri.*] Hæc vera eſt huius verſus ſcriptura. apud Noniũ corruptè legitur: *Lippus edẽda, acria aſſiduè caparius capa lacrymoſa.*



*moſa.* quod poſtremum epitheton adiectum è ſuperiore Lucilij verſu ibidem adducto à Nonio, rectè Had. Iunius monet. quod verò apud Priſcianum in excuſis libris inſertum habes, κρομμυοπώλης *homo.* & verſum turbat & à calamo exaratis aberat. ſcin' quid ſuſpicer? τὸ κρομμυοπώλης interpretationem vocis *Caparius* fuiſſe à ſciolo aliquo adiectum, emendandumque κρομμυοπώλης, quod cæparum venditorem notat. non autem abſimilis huic verſui eſt ille Nonij ex Apella: *Cui cæpe edendo oculus alter profluit.*

13. *Intybu' praterea.*] Quemadmodum diuitum luxuriem & vitia libro priore caſtigarat Lucilius ita: hoc libro de vita ac victu ruſticorum egiſſe videtur. nam Chariſius auctor eſt eum deridentem cænam ruſticam multis herbis enumeratis hunc verſum tandem addidiſſe.

Ibid. *pedibus perſerpit equinis.*] Pater legit, *proſerpſit.* cuius ſcripturæ veritatem probat auctoritate Varronis, qui lib. IV. de L. Lat. Proſerpere idem quod ſerpere fuiſſe ſcribit.

14. *Flebile cæpe ſimul.*] Hunc verſum cum ſuperiori olim cohæſiſſe, vix eſt vt dubitemus.

Ibid. *lacrimoſaq́ ordine talla*] Sic [redacted] emendauit Ioſ. Scaliger pro quod *talpa* apud Nonium corruptè legitur. nam interiores tunicas cæparum, vnde *Tunicatum cæpe* Horatio, Tallas vocabant. Sextus Pompeius emendante eodem Scaligero: *Tallam, allij folliculum vel cæpe.* Gloſſarium: Talla κρομμύου λέπυρον. Quod verò Had. Iunius *ſcilla* reſtituendum cenſebat, nihil eſt. nam quamuis & id generis cæparum ſit, nimis procul tamen à receptæ ſcripturæ veſtigiis recedit.

15. *Vrceus & geminus longus m. a.*] Sic optimè verſum hunc reſtitutum confidimus, nec ætate impeditur iudicium hîc noſtrũ, pro quod vulgati codices vitioſè præferunt: *Vrceus aut longâ geminus miſtarius anſa.* at vetus editio: *V. aut longe geminus miſtarius paulo.* vnde aliquãdo ſuſpicio nata nobis pro *paulo*, reſcribendũ *aure.* vt *Miſtarius*, ſiue vt quidã *Mixtarius* idem ſit prorſus quod *Dyota* apud Horatium.

16. *Macte, inquam, virtute.*] Hinc Horatius: —*macte Virtute eſto inquit ſententia dia Catonis.*

18. *Laſciuire pecus iuſſit.*] Delphinem hoc verſu intelligi planum. deeſſe itidem vocem aliquam quæ ſenſum abſoluat apparet, quam videor non incommodè ex Liuio Andronico supplere poſſe, è cuius Ægyſto adducit Nonius: *Tum autem laſciuum Nerei ſimum pecus.* vt reſcribamus in Lucilio: —*ſimum Laſciuire pecus,* &c. nam eâ notâ propriè Delphini inſigniti. Lucilius lib. VII. *Simauit taxim ad nares, Delphinu vt olim.* Plinius lib. IX. cap. VIII. Nat. Hiſt. de Delphino locutus, addit: *Pro voce gemitus humano ſimilis, dorſum repandum, roſtrum ſimum. Qua de cauſſa nomen Simonis omnes miro modo agnoſcunt, maluntq́ ita appellari.* Ex quibus verbis poſſet quis non inſcite arbitrari pro *roſtriq́ repandum* reſcribendum *dorſiq́ repandum* in Lucilio, niſi à vulgaria ſcriptura ſtaret apertè Næuius illo verſu: *Repandirostrum incuruiceruicum pecus.*

21. *an porro prodenda dies ſit.*] Ita apud Nonium ex Donato corrigendum, pro quod exſtat: *an prodenda dies?*

26. *Adipatam pultem.*] Puto & hoc ad cænam ruſticam pertinuiſſe, de qua paullo ante Chariſius.

# IN RELIQVIAS

## LIBRI VI.

1. CVI *neque iumentum eſt, nec ſeruus.*] Catullus: *Furi cui neque ſeruus eſt, neque arca.*

Ibid. *ſecum habet ipſe.*] Martialis: *Aſſe duos calices emit, & ipſe tulit.*

2. *Ducere protelo.*] Cum equi continuant actum dicuntur protelo ducere. Protelũ enim eſt continuatio vel tenor. adi, ſi vacat, Ioſ. Scaligerum in Catalecta.

3. *Hac inquam rudet è roſtris.*] Interpretandum putabat Pater ex illo Lucilij: *Nec deſignati roſtrum Pratoris, pedesq́ Spectet.* vt *Hac* ſit accuſatiuus.

Ibid. *Concurſans vti arenarius.*] Ita hodie in recentioribus Nonij codicibus legitur. at in ſuperioris memoriæ excuſis *ancarius.* vnde Had. Iunius *aggarius*, vel per n *angarius* faciebat, qua voce nuntius intelligitur. Sed Ioſ. Scaliger *ancarius*, vt in V. C. eſt, veram lectionem putat, hoc eſt angarius. Porrò varias & anxias nimis huius loci explicationes apud Turnebum inuenies Aduerſar. lib. XVII. cap. XXIV.

6. *Si hic veſtimenta.*] Ioſ. Scaliger hos Trochaicos eſſe me monuit ex XXVI non ex VI. libro, atque ita conſtituendos: —*Si hic veſtimenta*

*ſtimenta eleuit luto, Ab eo riſum magnum ac cachinnum imprudens ſubiicit.* quod imitatus ſit Horat. —— *ſi forte ſubucula pexæ Trita ſubeſt tunica.* ——

7. *Qui te bonu' Iuppiter.*] Ioſ. Scaliger: —— *qui te, bone Iuppiter, inquit, Mutiuit, quum cænabit, dominum fore Craſſo?* quam veram lectionem putat, hac ſententia: proh ſummum Iouem, quis deblaterauit te fore dominum conuiuij Craſſo, cum cænabit. at Pater meus ita emendabat: —— *quî te bonu' Iuppiter, inquit, Craſſo Mutiu' quum cænas dominus foris*—hoc ſenſu: Vt te bonus Iuppiter perdat, inquit, qui quum tua præbitio ſit, vt nos cæna defraudes, vtque impenſæ compendium facias, aliô condicas foras, Caueque canem foribus inſcribas tuis.

8. *& quæſticuli iſti Intuti.*] Et hanc veram lectionem arbitratur Scaliger, vt dicat Poëta, hoc genus nundinationis omne eſt σφαλερόν. vulgo legitur: *& quæſticuli inſtituti.* quod ſi alicui mordicus retinere placuerit, neceſſe eſt tmeſin Lucilio familiarem fieri, ac hoc pacto diuidi verbum, quod lex carminis alioqui admiſſura non erat: — *& quæſticuli inſti-Tuti:* — vt τὸ *Tuti* principium alterius Hexametri conſtituatur. Tmeſi verò frequenter vſum Lucilium præter Auſonium teſtatur etiam Porphyrion in Horat. lib. II Epiſt. II. ibi:
—— *circum-Spectemus vacuam Romanis vatibus Ædem. Vna pars*, inquit, *orationis eſt, diuiſa in duos verſus, Lucilij more antiquo.* Inſtituere autem quęſticulum ſic dictum, vt *Inſtruere* vel *occipere quæſtum* Plauto.

9. *Nequitia occupat os.*] *Os* rectè in cōtextu legi probat Virgilianum iſtud lib. VII. Æneid.
—— *& venienti Ebuſo plagamq́; ferenti Occupat os.* tamen ſententia poſtulante audebat Pater *hos* pro *os* in Lucilio reſcribere. quod etiam vetus codex comprobare videtur, in quo *hoc* excuſum legitur.

11. *Id ſolum aduerſa.*] Non video quomodo faciat ad propoſitū Nonij exemplum hoc. Ioſ. Mercerus legi poſſe arbitratur: *Eid ſolū aduerſæ fortunæ req́; reſiſtit. Eid* pro id, *Re* pro rei, vt die pro diei, aliaq́. apud A. Gell. & Nonium. *Reſiſtit* vero pro reſtat accipit. vt hæc ſit ſententia: Vnum id aduerſæ fortunæ & rei ſupereſſe.

12. *Hortare illorum.*] ~~Ingenioſè~~ Ioſ. Scaliger: *Hortare illorſum, ſi poſſim captus oriri.* & oriri capit pro ſurgere. vt in Commentariis Conſularibus: CONSOL ORIENS MACISTROM POPLEI DEICAT. id eſt, ſurgens. nos legebamus, *Hortare illorum ſi poſſim captu' potiri.* quod ad obſeruationem Nonij propius facit, ac eodem modo accipiendum quo illud Plauti in Capt. *Nam poſtquam meus rex eſt potitus hoſtium.* vide Feſtum in Potitus.

13. *grabati reſtibu' tenti.*] Gloſſæ Iſidori: *Inſtita grabati reſticula.*

15. *cineraris cludebat.*] I. Lipſius: *cinerarios eludebat.* & intellegit de puero, qui iam tondendus in gyrum currens effugere volebat cinerarios, vt planè ſit illud Catulli: —— *Iam tuum cinerarius Tundet os.*

16. *credit quanquam latrina petiſſe.*] Pater, *credis quenquam*, vt *Latrina* ſit accuſatiuus pluralis à latrinum.

17. *Pretium emit.*] Legit Pater, *Prædium emit.* & *emit* pro emat poſitū interpretatur ἀρχαϊκῶς.

19. *procedere porrent.*] Feſtus: *Porcet quoque dictum ab antiquis quaſi porro arcet.*

20. *Saluere iubere.*] Nonius poſt hæc verba Lucilij addit ſtatim: *iubere ſalutem mittere amico.* quæ an Lucilij, an à gloſſa ſint dubito. certè, ſi ea Lucilij eſſe volumus altero τὸ *Iubere* inducto, vt in veteri codice erat, ita reſcribendum fuerit:
—— *ſaluere iubere, ſalutem mittere amico.*

21. *Date bibere ab ſummo.*] Veſtigia aliqua huius hemiſtichij videor apud Porphyrionem Horatij interpretem ſagaciter indagaſſe. qui ad illa Horatij lib. III. Carm. od. XXI. *Deſcende Coruino iubente Promere languidiora vina. Attende*, inquit, *elocutionem, deſcende promere, deſcende vt promas. vt eſt illud: Bibere abſumo.* vbi puto hoc Lucilianum fragmentum reponendum eſſe.

22. *Sardinenſem terram.*] Corruptiſſimè in huius loci citatione nomen Lucilij apud Porphyrionem legebatur: *Lucius Sarcitius*. pro quo *Lucilius Satyricus* ſubſtituendum eſſe quis non videt?





# IN RELIQVIAS LIBRI VII.

1. TESTAM *ſumit homo Samiam.*] In re ſimili Martialis lib. III. *Abſciſſa eſt quare ſamiâ tibi mentula teſtâ.* quid ſi autem pro *homo humo* reponamus?

2. *Dixi, ad principium venio.*] Hi verſus paruo interuallo à ſuperioribus diſſiti videntur fuiſſe. nam perperam ex diuerſis libris citantur.

4. *Aptari caput, atque comas.*] Videtur innuere formam & venuſtatem mulieris optimam eſſe conciliatricem virilis libidinis.

Ibid. *fluitare capronas Altas.*] Videtur *altas* pro promiſſas interpretandum, eadem nempe ratione, qua *alere capillum* dicimus pro promittere.

Ibid. *frontibus immiſſas.*] Referendum ad anguſtæ frontis modum, de quo abundè Pater in Comment. ad Horatium. *immiſſas* enim pro demiſſas & promiſſas accipiendum.

5. *Seruorum eſt feſtu' dies hic.*] Sigillaria dies ſeruorum, quæ in continenti poſt Saturnalia celebrabantur, vt docet Scaliger ad Feſtum. Et Hexametri lex non admittit Sigillaria. Auſonius: *Ædiles etiam Plebei, etiamq́; Curules Feſta Sigillorum nomine dicta colunt.*

6. *deſquamor, pumicor.*] Plinius Natur. Hiſtor. lib. XXXV. cap. XXI. *Sed & ij pumices, qui ſunt in vſu corporum leuigandorum fœminis, iam quidem & viris, atque, vt ait Catullus, libris.* Adi, ſi placet, Fratris mei Notas ad Catullum.

Ibid. *Expilor, pingor.*] Puto reſcribendum: *Expolior, pingor.* & appoſitè ad correctionem noſtram Plautus Pœnulo, de ornatu muliebri agens: *Lauari aut fricari, aut tergeri aut ornari, Poliri, expoliri, pingi, fingi.* & Seneca Pater Controuerſ. *Ite nunc & in illis vulſis atque expolitis, & nuſquam niſi in libidine viris quærite oratores.*

7. *Cortinipotentis Delitiis.*] Cortinipotentem videtur appellare Apollinem, cui Hyacinthus in delitiis erat.

9. *caldum ex fornacibu' ferrum.*] Ita legendum verſu poſtulante. malè vulgo: *& fornaceum ferrum.*

10. *Simauit taxim ad nares.*] Lupercus Seruaſtus Iunior: *Simatæq́; iacent curuo ſinuamine nares.*

12. *Ætatem & faciem.*] Eadem duo paulò ſuperius coniunxit: *Qui te diligit, ætati facieq́; tuæ ſe Fautorem oſtendat.*

14. *Ne auriculam obſidat caries.*] Hac enim maximè infeſtantur puſilli pueri.

17. *ſegetem immutaſſe, ſtatumq́;.*] Fortè *ſatumq́;.*

20. *Muginamur.*] Ridiculum verò hoc loco bonum Crinitum, qui nomen Attę Atellanarij Poëtæ verſui huic appenderat, hoc exemplo: *Muginamur, molimur, ſubducimur Atta.* ac hinc probare annitebatur Attam familiarem Lucilio noſtro fuiſſe, contra mentem Grammatici, qui Attæ Poëtæ ſimile exemplum ex Aquis Caldis producit hoc: *Atque ea muginantur hodie, atque ego occluſero fonte me.* vbi forte *fore* pro *fonte* reponendum.

Ibid. *molimur.*] Plautus Curculione: *Viden' vt miſerè moliuntur, neq. queunt cōplecti ſatis.*

# IN RELIQVIAS LIBRI VIII.

1. SVSTVLIT *in digites*] Pro ſuſtollit ἀρχ. eſt enim præſentis non lapſi temporis nota, à veteri *Suſtulo.* Sic Virgilius: *Verum hæc tantum alias inter caput extulit vrbes.*

2. *Cum poclo bibo eodem.*] Hos delicatiſſimos Lucilij verſus Had. Iunius occaſione manuſc. codicis reſtituit primitus ad hanc faciem:
*Cum poclo bibo eodē, amplector labra, labellas Fictrices compono, hoc eſt, tum* ψωλοκομπῶμαι. cum legeretur apud Noniū in dictione Componere: *Cum plocio eodem obuio amplector, labra labellis compono, hoc eſt, cum ipſo duco panias.* in Fingere verò paullò emendatius: *Eodem poculo bibo, eodem amplector, labra labellis fingens compono.* Cuius lectionis à ſe immutatæ non temerariam fidem comprobat his verbis: *Labellas* fœminino genere diminutiuum eſſe crediderim à labia, cuius vſum prius docuit

Nonius. Quod verò vice *Fingens*, quod in vulgato codice legitur, repoſuerim *Fictrices*, id & manuſcripti fides, & verſus lex, vt facerem, perſuaſit. Poſtremo quod hîc in meo, etſi ineptè, non tamen à compoſitę vocis coagmento alienè legebatur, *ipſo loco pomas*: illic verò truncata (qualis ψωλὸν & recutitum decebat) dictione ὠλοκνωπῶμη, dedit occaſionem ſubſtituendi ψωλοκνωπῶμη. ne nunc dicam, quod aptiſſimo vſus fuerit vocabulo in exprimenda tentigine ſua, quæ collabellationē ſequebatur. Hactenus Iunius noſter. Maluit tamen Parens meus, vt antea legebatur, priorem partem relinquere, eiuſcemodi interpunctione ſcilicet, qualem in contextum retulimus. Idq́ue haud paullò ſimplicius, vt nouiſſimum *o*, τ̃ *Compono* in numerorum dimenſione nullum exteratur.

3. *Verum flumen vti.*] Sic Had. Iunius & hos verſus ope, vt apparet, manuſcripti codicis ad numeros redegit. vulgò & ſententia & carmine oppidò turbatis: *Rerum flumen, atque vti ipſo diuortio ligneis pedibus cercurum concurret aquis.*

6. *Tum compone latus lateri.*] Ita verſum hunc numeris ſuis reſtituit Pater, pro quod legebatur: *Tuum latus compone lateri*. videtur autem non longe diſiunctus fuiſſe ab illis: *Cum poclo bibo eodem* &c. ac ſic pro *compone compono* reſcribendum erit.

7. *ſtadiumq́; accliue.*] Quid ſi? *ſpatiumq́;*.

8. *mercem in frigdaria ferre.*] Ita in manuſcripto Priſciani antiquiſſimæ fidei libro, cuius mihi vſus obtigit beneficio viri optimi ac doctiſſimi Henrici Bredij præceptoris noſtri, reperimus, non *frigidaria* quod lex verſus reiicit. Sed profectò, vt quod res eſt fabuler, quis hinc commodus ſenſus elici poſſit nondum video. nam quid obſecro frigidariis commune cum piſcibus? quæ in balneis locum obtinuiſſe ſcimus. Ego vero, ſi fidei & notæ priſcæ codices ſuffragatores haberem mihi, libenter hercule repoſuerim *cetaria*, pro *frigdaria*, quæ vox quamuis aliquantulum à recepta lectione recedat, ad ſenſum tamen vnice facit. Horatius lib. II. Sermon. Sat. v. *Plures annabunt thynni, & cetaria creſcent.* ad quæ verba vetus Scholiaſtes, *Cetaria*, inquit, *officina, in qua liquamen conficitur, alias loca in quibus ſalſamenta fiunt Cetaria dicuntur.* Fuit etiam cum non ineptè *viuaria* reſcribendum arbitrarer. Verum hæc tantum coniectura eſt, nec de ea quidem temere quidquam pronuntio, ſed ſuſpendo iudicium meum dum quid compertius habeam. non poſſum autem diſſimulare me in veteri quadam editione, pro *mercem in frigdaria ferre*, excuſum offendiſſe *& frigidiaria ferre*. quod verſum quidem commodè conſtituit, cæterum quis ſenſus ex eo elici poſſit, non video.

9. *ac barbula prima.*] Non diſplicet hoc loco P. Scriuerij amici noſtri coniectura: *ac parmula prima*, quod coniungit cum altero verſu ex incerto libro à Grammaticis allato: *Tum ſpara, tum rumices portantur, tragula porro.*

11. *Piſtrinum appoſitum, poſticum.*] Placet ex parte I. Guilelmij emendatio; nam vt tota, Nonius clarè vetat, qui obſeruat Poſticum neutro genere poſitum hoc verſu, quod neutiquam ex eo elici poſſit, ſi eius ſententiam ſequamur. vide num ſic melius ſcribi queat: *Piſtrino appoſitum poſticū, cella, culina.* Cella autem ſiue Cellarium à reponendis celandiſq́ue rebus eſculentis & poculentis dicitur, vt docet Donatus ad Terentium. Gloſſarium: *Cellarium & Cellaromarium*, ταμιεῖον. emenda: *Cellarium & Cella, promarium*, vel certè *promtuarium*.

12. *A lanâ lacrymas.*] Hanc lectionem antiquiſſimi manuſcripti codicis oculata auctoritas comprobat. Impreſſum habet: *Lana manu lacrimas*. vbi τὸ *manu* à gloſſa eſſe ſuſpicari audeam. Cæterum non comprimor, quin huius loci occaſione ſimilem quendam è Martiale, ſed inſignitè deprauatum, & à nemine hactenus intellectum in medium proferam. cuius reſtitutionem non imputabis nobis, ne quid erres, ſed verò [redacted] Scaliger[redacted] quoniam enim priuis opibus non ſatis valeo, alienis vti decretum eſt mihi. Locus ex libro XI Martialis hic eſt:

*At tibi nil faciam, ſed lota mentula lana.*
λείχάζειν *cupida dicet auaritia.*

[redacted]

*At tibi nil faciam, ſed lotâ mentula lauâ*
ΛΑΙΑΖΕΙΝ *cupida dicet auaritia.*

hoc ſenſu: Sed lota ſiniſtra maſtuprabo, & iubebo te auaram meretricem plorare.

13. *rectus ſubtegmine panus.*] Nonius ex IX Lucilij tale hemiſtichium producit: *foris ſubtegminis panus eſt.* quod idem cum hoc fuiſſe ſuſpicor. *foris* autem *ſubtegminis*, hoc eſt, extra ſubtegmen, vt interpretatur Pater, ſic Lucretius, *fornacibus intus* è contrario dixit.

14. *ſi agron longiu' flaccet.*] Scal. *ſi lorū l. f.* id eſt, τὸ πέος. & ſubiungit huic illum verſum: *Lœna manu lacrimas mutoni abſtergit amica.*

16. *Gigeria ſunt.*] Ita interpunxit & correxit Scaliger. eſt autē Gigeriū ventriculus gallinarum, quod verbū hodie in Gallia retinent.

Ibid. *Siue adeo hepatia.*] Malit Pater: *Siue adeò iſſicia*. neque ſolum hic, ſed etiam in verbis Nonij. vide Varronem de Ling. Lat.

17. *Lentet opus.*] Sic *Lentum negotium* apud Cic. ad Attic. & *Lenta materies* apud Plautum.

IN



# IN RELIQVIAS
## LIBRI IX.

1. VNO *eôdem, vt dixim'*, *pacto.*] Sic lib. XX. — *atque eodem vno tempore, & hora Dimidio.* — & XXIX. *Eodem vno hi modo rationes ſubducent ſuas.* & incerto libro: *Vni ſe atq. eidem ſtudio omnes dedere.* — nec ab hac elegantia alienus rex poetarum Virgil. — *& hæc vt cera liqueſcit Vno eôdemq́; igni.*

Ibid. Apse, Ages, *Græci vt faciunt.*] Notum illud Martialis: *At Græci, quibus eſt nihil negatum, Et quos* Apse, Ages *decet ſonare.*

2. *At non multum abit hoc.*] Ita reſtituit Pater. vulgò legitur: *à re non multum abeſt hoc cacoſyntheton atque canina ſi tibi lingua dico nihil ad me nomen hoc illi eſt.* quæ hoc modo legenda cenſet [redacted] Franc, Iunius: — *a. r. Non multum abeſt hoc cacoſyntheton atque canina Si lingua dico &c.*

5. *Abbire multum eſt.*] Dicit Poëta multum intereſſe an *Abbire* duplici BB, an verò *Adbire* ſcribamus. vnde puto in verbis Velij, pro, *& in hoc nullam differentiam putat eſſe Lucilius*, corrigendum, *nō nullam differentiam.* alioquî diſertè repugnant verſui Luciliano.

6. *Iam puerei venere.*] Hæc ita pluſculis verſibus complexa eademq́ue fædata purgauit, ac conſtituit Ioſ. Scaliger. Poſtremum verſum addidit ex Fabio I. Lipſius, qui apertè videtur pugnare in priores: nam ibi *Illi* dandi caſu vetat cum E ſcribi, hic eundem caſum iubet. ſed purgat idem I. Lipſius, quod confuſionis non hîc metus: quoniam pluralis *Mendaces, fures.* Itaque lapides ad Lucilium aptè: EIQVE. OPEREI. DIEM. DEICITO. item, QVANTA. EI. PRÆCONEI. VIATOREI. DABE. OPORTEBIT.

Ibid. *Pilum Quo pinſo, tenues I.*] Tangit hos verſus Marius Victorinus lib. I. de Orthographia: *De nulla ſcriptura diutius inter orthographos quæſitum eſt, quàm de iſta. Pilum aiunt militare telum, & Vinea ſubter quam* (ita corrigit & explet I. Lipſius) *milites aggerem inſtituunt per EI ſcribenda: at ſi Pilum ſit quo pinſitores vtuntur, & vinea, quæ ruri colitur, per I.*

7. *Quare ſeruandi numeri.*] Ita optimos hos verſus ex veteri codice Chariſij eruit Pater. qui præpoſtero ordine hîc collocati ſunt. præponi enim debebant illis proximè præcedentibus: *Iam* PVEREI *venere.* &c. nam Chariſius vbi eos adduxit, addit continuo: *& paulo poſt, Pupilli, pueri, Luci hoc vniu' fieri.* vbi manifeſtò comparent veſtigia iſtius verſus: PVPILLI, PVERI, LVCEILI, *hoc vniu' fiet.* quod breuiter admonere viſum fuit.

Ibid. *& verſus faciendi.*] Putabat Pater ſenſu commodiore legi poſſe: *in verſu faciendo.* Sic Horat. lib. I. Sat. x. — *& in verſu faciendo Sæpe caput ſcaberet, viuos & roderet vngues.*

Ibid. *Nos* CÆLI, NVMERI.] Hic locus Cæcilio Vindici in mentem fuit, cum ſcriberet: *Si Lucius, Magnus, Magus ſunt nominatiui eorum: vnum I in genitiuo habebunt, plurali quoque nominatiuo & vocatiuo, ſed & datiuo & ablatiuo ſimiliter ſcribentur: ſi autem Lucius, Magnius, Magius proferantur, duo II. in genitiuo habebunt: vt Lucij, Magnij, Manij: quod ipſum Lucilius annotauit, quum à Numero Numerius diſcerneret.*

8. *S noſtrum & ſemigrace.*] Lex carminis poſtulare videtur, vt ſcribamus: *S noſtrum atque ſemigrace.*

9. *L liciendo congeminat L.*] Ita de ſententia Fr. Iunij hæc reſcribenda. vulgo deprauata, ac malè quædam vario characterum genere diſtincta, quum verba Lucilij non ſint.

10. *Quid tibi ego ambages.*] Hunc verſum huc pertinuiſſe puto. eſt enim in Grāmaticos.

11. *Vt perhibetur* INERS.] Et hæc in Grammaticos dicuntur, itaque ad hunc librū transferenda iudicaui. nam nec ipſi Grammatici in libri indice citando ſibi conſtant. Seruius enim ex primo Lucilij, Philargyrius vero ex XIII. producit. in Seruio excuſo mendosè legitur: *Vt prohibetur Iners. in quo non vlla eſt ars.*

Ibid. *ars in quo non eſt vlla.*] Ita legendum verſu Spondaico. malè mutant alij: *ars in quo non erit vlla.* In vocis autem huius ſignificatu conſentit cum Lucilio Feſtus: *Iners ignauus, vel ſine arte.* & liber Gloſſarius: Ατεχνὴς, *Iners, ſine arte.* item: Ατεχνία, *inertia.*

12. *Nam velut* INTRO *aliud.*] Et hos abſolutiſſimos & elegantiſſimos verſus, vt multas alias huius Poëtæ reliquias, debemus veteris codicis Chariſij benignitati. quos tamen Pater pro iudicio ſuo refinxit. eorum vix aliqua veſtigia in vulgatis comparent. ad hunc autem librum pertinuiſſe, res ipſa indicio eſt nobis.

13. *Porrò* CHENNOPODAS.] Et hæc in Grammaticos dicta manifeſtò apparet. vnde & Ioſ. Scal. iudicio ad hunc librum transferre nihil veriti ſumus quamuis à Marcobio ex I.

 adducantur.

adducantur. fortè verò leg. *Porro vt Chenopodas, ſic Clinopodas* &c.

Ibid. *ante* PEDES LECTI.] Lectionem Patris ſequor : *ἀντὶ* PEDES LECTI. Pedes lecti per metatheſim dixit , quos Lectipedes voce vnica dicebant. Gloſſarium: *Lectipedes, κλινόποδες.*

14. FERVET *ad annum.*] Gloſſarium: *Ad annum εἰς ὥρας.*

15. *Feruere ne longum.*] Male hic verſus à ſuperiore diuulſus, & ex diuerſo libro citatus erat.

Ibid. *lectoribu' tradam.*] Ita reſcribendum de ſententia Patris, pro quod vulgatur in omnibus : *littoribu' tradam*, vnde Had. Iunius *lictoribus* faciebat. ſed nihil ad rem. dicit enim Poëta ſe vocem *Feruere* contra receptam conſuetudinem non producturum, ſed verò correptam lectoribus traditurum.

16. *Nunc hac quid valeat.*] Sic luculentiſſimos hos verſus reconcinnandos & conſtituendos autumat Pater. qui quantum ab excuſis libris mutẽt, ex collatione poterit cognoſci. ita enim ſcriptum eſt in illis: *Non hac quid valeat, quidue hoc interſiet illud Cognoſcis primùm, hoc quod dicimus eſſe Poema Pars eſt parua poema. Idem Epiſt. Item quauis non magna pars poema eſt illa. Poeſis opus totum totaq́ illa ſumma eſt vna θέσις, vt annales Ennij. atq. iſtoc vnum.* &c. Iliadis autem Homericæ nomen in hiſce corruptiſſimis verſibus deſiderari argumento eſt gloſſema illud Nonianum , quod iiſdem blennus ille ſubiecit: *Poeſis eſt perpetuum argumentum & rythmis* (corrige Patre monente, *ex rythmis*) *vt Ilias Homeri & Annales Ennij.*

17. *Quod deformi' ſenex, ac padidus.*] Ita olim Ioſ. Scaliger, cui I. Lipſius aſſentit. quamuis etiam non male, *ac perditus* legeretur. ſed alterum illud minus à vulgata ſcriptura abit, quæ eſt *appetitus.*

Ibid. *Quod mancus , miſer , exilis.*] Bene Pater, *miſereq́ exilis*, verſu fauente & vetere libro, in quo *miſerq́ exilis*. tamen ambigo, ne altera Patris coniectura potior ſit: *Quod mancus, macer , exilis cum ramice magno.* ſic Gloſſarium: *λεπτὸς Exilis, gracilis, macer, tenuis.*

Ibid. *exilis, ramice magno.*] Ex diſciplina medicorum, qui dicunt homines macilentos ac tenues herniæ periculo magis obnoxios.

18. *labiasq́ huius Zephiri atque im.*] Sic vetus codex. vulgati, *labe, atque hoc referiat im.* Iacobus Schegkius [redacted] iuuenis legebat: *labiasq́ haſce feriatim Percutio.* aut ſi mauis cum amico eiuſdem : *labiasq́ huiuſce viri, atque im Percutio. Im* eſt eum.

19. *Canumq́ aceroſum,*] Ego tibi adfirmo ſcribendum, *canumq́ aceratum.* Probant ipſius Nonij verba, qui , vbi quid *Aceratum* ſit expoſuit, hos verſus ſtatim ſubiicit: nã de *Aceroſo pane* aliud eiuſdem Poëtæ exemplum citauerat prius. Miror hactenus neminem ex emendatoribus eius Grammatici maculam hanc eluiſſe.

20. *Si nihil ad faciem , & ſolum lupa.*] Ad hanc faciem reſcribendum monet Cl. Lipſius, tali mente: Si non quæritur , inquit Lucilius, eximia facie ſcortum , ſed tantum vile aliquod & è numero togatarum : nummo vno & aſſe res confiet. vulgò autem legitur: *etſi olim lupa.*

Ibid. *Nummi opus.*] Nonius ſic accepit quaſi *Nummi opus* dixiſſet pro , nummo eſt opus: ſed verius videtur I. Lipſio *opus nummi*, vt Rem eſſe dicimus vnius nummi.

21. *Quid ego ſi cerno oſtrea.*] Et ſententiæ vt ſic dicã, exſenſæ & verſui labanti conſulens reformo apte: *Quid ego ſimul oſtrea cano.* Sic Iuuenalis Sat. VIII. *Dignus morte perit, canet licet oſtrea centum.*

Ibid. *Cognorim fluuium , limum.*] Pater, *Non norim fluuium*: probe. In eandem ſententiam Iuuenal. Sat. IV.

*—— nulli maior fuit vſus edendi*
*Tempeſtate meâ. Circeis nata forent, an*
*Lucrinũ ad ſaxum, Rutupinóue edita fundo*
*Oſtrea, callebat primo deprendere morſu,*
*Et ſimul adſpecti dicebat littus echini.*

22. *Frumentarius eſt.*] Menſores frumentarij apud Iuriſconſultos ſunt , qui annonam publicam admetiuntur. vide Cuiacium obſeruat. lib. II. cap. VIII.

Ibid. *atque rutellum.*] Nonius Rutrum dictum ait à radendo, ſed Turnebus putat à ruendo nomen habere : proinde quaſi inſtrumentum ſit hoſtorium ad æquandam menſuram & radendam; cum tamen ſignificari poſſit inſtrumentum, quo fruges corruuntur congerunturq́ue in culleum aut modium. vide & Coniectanea Ioſ. Scaligeri de hac voce.

23. — *labora Diſcere , ne te.*] Ita verſum hunc numeris ſuis reddit Pater. nam in impreſſis corruptè legitur: *Diſcere labora ne res ipſa, ac ratio ipſa refellat.*

27. *Hinc ancilia , ab hoc apices.*] De Numæ Regis inſtitutis Poëtam loqui iampridem notarunt viri docti, eodem pertinere arbitrantes verſus illos Ennij:

*Menſas conſtituit, idemq́ ancilia primus,*
*Libaq́ fictores Argeos & Tutulatos.*

Ibid. *capidasq́ repertas.*] Caue auſcultes viro docto conanti reſcribere *capidesq́*, contra obſeruationem Priſciani, qui Lucilium more Græcorum accuſatiuum pluralem in *as* protuliſſe obſeruat.

28. *Præſul vt amptruat.*] Ioſ. Scaliger in Coniectaneis verſum hunc ita conſtituebat, legebatq́ue: *Præſul vt amburuat, ſic volgu' redandruat inde.* & Amburuare ait dici Salios, qui corpora ſaltu reciprocabant , à ſimplici Vruare, quod ſit ita ſe iactare vt ſurſum denuo excitet ſe. Cæterum huic coniecturæ ſuæ alteram præfert, quam in Feſto poſuit, quomodo & nos excudi curauimus. vbi ſe veterem ſcripturam ſequutũ monet: amptruare pro antruare, vt temptare pro tentare, ſumptus pro ſumtus & ſimilia. Præterea à trua dictum amtruare, hoc eſt, circumuoluere: vt cum trua olla circummouetur. Vulgò Lucilij verba corruptiſſima leguntur apud Feſtum : *Præſul vt ampiruet, inde vulgus redamplauit.* at apud Nonium tantum poſterius hemiſtichium, ſed aliquanto emendatius ita exſtat: —— *vt vulgu' redandruet inde.* Præſulem verò interpretatur Pater, quaſi præſultorem, à præſidio, idq́ue ex Nonio: putatq́ue ad Ludios Præſules referendum, de quibus ita Nonius: *Ludius quod ludis pueri Præſules eſſent glabri ac depiles propter ætatem, quos antiqui Lydios appellabant.* Paullus Merula eleganter animaduertit verſum hunc cum proximè præcedente non incommodè combinari poſſe, ac proinde ita conſtituendum: *Præſul vt amptruet hinc, & vulgu' redamptruet inde.*

29. *Ipſa ſi ſe corio omnia lora.*] Hoc nec minus inſequente loco Oedipo coniectore opus, qui Sphingi interpres cluit, adeò plena mendarum omnia.



# IN RELIQVIAS LIBRI X.

4. PRÆVALIDIS *in funibus.*] Ita legendum cum libro vetere , non cum vulgo, *validis in funibus*, labante verſu.

6. *Languor & oppreſſit.*] Rectè Pater: *Languor ei obrepſitq́ pigror*, cuius ſcripturæ veritatem confirmat vetus codex , in quo diſertim: *Languor obrepſitq́ pigror* , excuſum erat. Merula verò noſter ita totum verſum conſtituit : *Languor eum oppreſſit, pigror torporque quietem*, cenſetq́ue *τὸ Quies* Lucilianum rarenter alibi obuium pro quieto & tranquillo accipiendum : cui ſit contrarium *Inquies.*

8. *Improbu', confidens.*] Nonius hunc verſum producit ex Pacuuij libro x. cùm prius ex eiuſdem Athalanta hoc exemplum nobis exhibuiſſet:

*Grandem atq. atrocem coerce confidentiam.*

vnde non abs re ſuſpicio orta Parenti meo nomen Lucilij ab oſcitante librario omiſſum fuiſſe. hoc autem modo , quem cernis legendum exiſtumabat, nam in impreſſis omnibus malè: *Improbus, confidens, nequam , malus, videatur.*

# IN RELIQVIAS LIBRI XI.

1. QVINTVS *Opimius ille.*] Vnicè huc facit locus Ciceronis lib. II. de Oratore: *Eſt bellum illud quoque*, inquit, *ex quo is qui dixit irridetur in eo ipſo genere quod dixit: vt cum Q. Opimius Conſularis, qui adoleſcentulus malè audiſſet, feſtiuo homini Egilio , qui videretur mollior, nec eſſet, dixiſſet , Quid tu Egilia mea? Quando ad me venis cum tuâ colu & lanâ? Non pol, inquit, audeo: Nam me ad famoſas vetuit mater accedere.* vbi Opimiũ hunc Conſularem vocari vides, verè atq. ex ſententia hiſtoricorum. nam T. Liuius in Epitome eum Conſulem de Liguribus triumphaſſe teſtatur.

2. *at damnati alij omnes.*] Antiquè dictum, hoc eſt, exuti & exhæredati , vt notat Ioſ. Saliger ad illud Manilij lib. v. *Aut nidis damnare ſuis.* hoc eſt, exuere & ſpoliare.

3. *Luciu' Cotta ſenex.*] Eiuſdem , vt puto, meminit Cicero in Bruto: *Q. Metellus is, cuius quatuor filij Conſulares fuerunt, inprimis habitus eſt eloquens, qui pro L. Cotta dixit, accuſante Africano: cuius & alia ſunt orationes & contra T. Gracchum expoſita eſt in C. Fannij Annalibus. Tum ipſe L. Cotta veterator habitus.*

Ibid. *pater huiu' Panati.*] Had. Iunius legit Græca voce *μαρμαροι* , hoc eſt, ſplendidi, vt opponat

opponat hoc epitheton in filio, vitio quo pater laborabat in reddendo difficilis.

Ibid. *ſoluere nulli Lentus.*] Lentum ſoluere, pro eo qui facile ſolueret, bonumq́ue nomen eſſet, poſitum accepit Muretus Variar. Lect. lib. III. cap. XVIII. & ante eum Turnebus Aduerſar. lib. XVII. cap. vlt. credentes quod, quæ lenta ſunt, vt vimina etiam ad opus facilitatem habeant, facileq́ue ſequantur quo velis. At quanto rectius Yuo Villiomarus in Robertum Titium? cuius verba, [redacted], integra huc tranſcribere pretium putaui. ſic igitur ille: Equidem Nonium erraſſe non dubito. Nam lentus debitor Ciceroni, Senecæ, & Lucilio eſt malum nomen & tergiuerſans. Sed archaiſmus eſt, *ſoluere nulli lentus.* Nam ſunt duæ negationes pro vna, quarum altera ἀποφατικῶς negatiua eſt; nempe *nulli:* altera στερητικῶς. nam *Lentus* eſt non promtus. Non promptus nulli ſoluere, idem ac nulli promptus ſoluere. Hoc creberrinum Varroni & aliis. Poteſt etiam peccatum videri interpunctione. *Magnus trico fuit nummariu', ſoluere nulli, Lentus.* Sed prior expoſitio verior eſt. Neque vnquam Lucilius dixit lentum debitorem, pro flexibili ad ſoluendum vt dicitur, lentum vimen, quomodo eruditiſſimo Mureto placuit. Sed quod dicam nunc ἀναμφισβήτητον erit: Lentus debitor eſt, qui nulli ſoluit, ergo *ſoluere nulli lentus*, idem ac lentus ſimpliciter. Crudelis eſt qui parcit nemini. itaque crudelis parcere nemini tam dicitur, quam Crudelis ſine adiuncto. Peruicax nulli credere. Sine vllo dubio *Soluere nulli lentus* ad eum modum ita dictum. Neque mirandum, Nonium & alios Grammaticos aliquid pronuntiare, ὅπερ τ' ἄῤῥητον ἄμεινον. Hæc [redacted] Villiomarus.

5. *Scipiadæ magno i. o. Aſellus.*] De eadem re Cicero in ſecundo de Oratore: *Aſello, Africanus obiicienti luſtrum illud infelix, Noli, inquit, mirari. is enim qui te ex ærariis exemit luſtrum cōdidit, & taurum immolauit.* Quod reſponſum Scipionis à Lucilio poſtea quoque perſcriptum fuiſſe arbitrari poſſumus. Eiuſdem verò Scipionis alterum dictum in eundem Aſellum paulo prius cōmemorauerat Cicero his verbis: *In hoc genus coniiciuntur prouerbia: vt illud Scipionis, cùm Aſellus omnes prouincias ſtipendia merentem ſe peragraſſe gloriaretur, Agas aſellum, & cætera.*

6. *dictum Præconi' v. Grani*] Certè celebrata veteribus paſſim Præconum dicacitas, & præcipuè huius Granij Luciliani. cuius nonnulla acutè aut facetè dicta meruerunt vt hic inſererentur. Cicero pro Cn. Plancio: *Conſuli P. Naſicæ Præco Granius medio in foro, cùm ille edicto iuſtitio domum deſcendens rogaſſet Granium, quid triſtis eſſet, an quod auctiones eſſent? imò verò, inquit, quod legiones. Idem Tribuno pleb. potentiſſimo homini M. Druſo, ſed multa in Remp. molienti, cùm ille eum ſalutaſſet, vt fit, dixiſſetq́; quid agis Grani? reſpondit, imò verò tu Druſe quid agis? Ille L. Craſſi, ille M. Antonij voluntatem aſperioribus facetiis ſæpe perſtrinxit impunè.* Idem de Oratore lib. II. *Qui igitur diſtinguemus à Craſſo, à Catulo, à cæteris familiarem veſtrum Granium, aut Vargulam amicum meum? non mehercule in mentem mihi venit. ſunt enim dicaces. Granio quidem nemo dicacior.* & aliquanto poſt vbi de dictis ambiguis egit, quorum acumen in verbis, non re poſitum, addit tandem: *Vt tuus amicus Craſſe Granius, non eſſe ſextantis.* Idem ad Familiar. lib. IX. ad Papirium Pætum: *Itaque tecum video, omnes mihi Granios, omnes Lucilios, verè vt dicam, Craſſos quoque & Lælios videre videor. moriar, ſi præter te, quenquam reliquum habeo, in quo poſſim imaginem antiquæ & vernaculæ feſtiuitatis agnoſcere.*

7. *fulgere torques Magni*] I. Guilelmius cenſet corrigendum *Manli* vt habitum peculiarem Gallis notet, braccas, ſaga virgata, torques, quos iocosè Manlij dixerit, quod T. Manlius torque Gallo detracto Torquatum cognomen in familiam induxerit.

8. *aggerem & id genu' rudus.*] Gloſſarium: Σωρὸς γῆς, *Rudus, Agger.* Item: Χῶμα, *Agger, Rudus, Tumulus.*

12. *neque mu facere vnquam.*] Reſpexit ad illum verſum Ennij, *Dicit quod minimum eſt, neque (vt aiunt) mu facere audent.*

13. *Hic ſtrigoſus.*] Emēdabat Pater: *Hic tricoſus*, ſentētia & verſu exigente. de quo vide ipſius Plautin. Explanat. lib. I. cap. XXIV. verum Ioſ. Scal. reſcribendum cenſet, *Hicce ſtrigoſus*, autumatq́ue ſtrigoſum dictum à Lucilio non ἰσχνὸν, vt vulgò accipimus, ſed morabundum & tergiuerſatorem. poſtea verò iumenta macilenta ita dicta: quaſi ſtrigare cogantur præ macie & quia male curata.

Ibid. *bouinatorq́;*] Bouinatorem tergiuerſatorem hoc loco interpretatur ille apud A. Gellium, nimirum à bubus, qui in medio actu ſtrigare ſolent, neque vno protelo continuare. Gloſſarium: *Bouinatores*, θορυβοποιοί, θρύλλον ποιοῦντες ἢ ταραχώδ. Gloſſæ Iſidori: *Bouinatores, inconſtantes.* Feſtus: *Bouinatur, conuiciatur.* cui aſſentit vetus Vocabularius: *Bouinator conuiciator, inconſtans.* Iterum: *Bouinari, conuiciari, damnare, clamare.*

14. *Criſſauit.*] Huc reſpexiſſe Donatum crediderim in Eunuchum Terentij illis verbis: *Abdomen in corpore fæminarum patiens iniuriæ coitus, Scortum dicitur: ideo quia ſcorta ſunt dura coria. à parte ergo ſui meretrices ſcorta dicuntur, vel* ἀπὸ τοῦ σκαίρειν, *quod Græce palpitare intelligitur: quod illæ faciunt ſaltando aſſiduè, vel potius criſſando, vt Lucilius ait* (ita lego, nam omnes omnium editiones *Lucretij* nomen inſedit poſſeditq́ue hactenus) *ob eam cauſſam vt concinniorem Venerem exhibeant viris aut ſibi abigant conceptum, quod in vuluam fæminæ in ipſo coitu non ſe mouentis incidit.* Ad ſuperius verò Scorti etymon alluſit Apuleius lib. I. Metam. *Qui voluptatem Veneream, & ſcortum ſcorteum, Lari, & liberis prætuliſti.*



15. *Hic vbi conſeſſum.*] Fortean *Hinc vbi c.*

16. *in latrina, lacuq́;*] Lauatrinam ſiue contractè Latrinam balneum vocabant antiqui. Gloſſarium: *Latrina*, λουτρῶν. Varro de Ling. Lat. lib. VIII. *Eadem ratione domi ſuæ quiſque vbi lauatur Balneum dixerit: & quod non erant duo Balnea dicere non conſueuerunt, cùm hoc antiqui non Balneum, ſed Lauatrinam appellare conſueuiſſent.*

# IN RELIQVIAS

## LIBRI XII.

3. FIRMITER *hoc, pariterq́;*] Probè I. Guilelmius *probiter* reſcribendum autumat. malebat nihilominus Pater *patris atque tuo*, putabatq́ue mendum natū ex fallaci literarum compendio, opera librariorū maximè abbreuiantium ſcripturas. ſi cui tamen *probiter* iſtud probatū fuerit potius, haud pertenderit.

4. *cruribus atque petilis.*] Gloſſæ Iſidori: *Petiliter, demiſſè, diuisè.*

# IN RELIQVIAS

## LIBRI XIII.

1. VINCERE *bello.*] Forte: *vinceri' bello.*

4. *Acribus inter ſeſe armis.*] Ita libro vetere monente reſcripſimus, nam vulgò vnico *ſe* tantum vulgatur.

5. *Primum dominia.*] Dominia eadem ratione qua Magiſteria dicta Ciceroni in Catone Maiore: *Me verò & Magiſteria delectant à maioribus inſtituta: & is ſermo qui more maiorum à ſummo adhibetur in poculo.*

6. *Adde Syracuſis ſola.*] Pro ſoleas Syracuſanas, vt *Ficus Zacyntho* apud Plautum.

# IN RELIQVIAS

## LIBRI XIV.

2. QVAM *tu antiquius.*] Legam, *Quantò antiquius.*

4. *alueolumq́; putare, & Calces.*] Calces pro calculis, ita enim vocat calculorum ludum. Feſtus: *Cancri dicebantur ab antiquis, qui nunc per diminutionem Cancelli. ex quo genere ſunt Calces, qui per deminutionem appellantur Calculi.* Gloſſæ Iſidori: *Tocius calculus dictus eſt compoſito ſolo pilis, quod ſibi componunt. Calx enim lapis eſt. Calculus deminuitur.*

5. Η *πᾶσιν νικήσαντι.*] Ita legendum, non, vt vulgò Καὶ πᾶσιν. Eſt enim verſus Homericus.

7. *Nam Vetus ille Cato.*] Ita verſus hos interpolauit Pater, quos tamen nondum proprio nitori reſtitutos putamus. Per Veterem verò Catonem intelligit M. Porcium Catonem cui cognomentū Priſci adhæſiſſe priuſquam Cato vocaretur, auctor Plutarchus in vita eiuſdem.

9. *Et ſtructam ampliter.*] Mutabat Pater: *Ampliter extructam ſimul atque accumbimu' menſam*

*menſam.* ſiue potius: *Ampliter exſtructam conuiuæ accumbimu' menſam.* vt dicamus initialem literam vocis *quum* à cucullione quopiam more ipſis vſitato trium literarum loco puta *con* breuitatis cauſſa ſcriptam fuiſſe hac facie. 9. conſimili autem genere loquendi vſus eſt Plautus Menæchmis: *Cerealis cænas dat, ita menſas exſtruit. Tantas ſtruices concinnat patinarias.* & Catullus: *Largè multiplici conſtructa ſunt dape menſa.* nec non Apuleius Metamorph. IV. *In fine ſermonis huius ſtatim ſeſe deſtituunt, calidaq́ perfuſi, & oleo peruncti menſas dapibus largiter inſtructas accumbunt.*

10. *atque epula Iouis.*] Ita clariſſimus Lipſius, vt ſtet verſus. cuius ſententiam putat, tam lautum conuiuium fuiſſe, quàm epulum Iouis. ac de epulo Iouis apud Romanos ludorum cauſſa frequenter Liuius.

12. *neque Diuo proſiciem vllam.*] Ita olim Ioſ. Scaliger [redacted] correxit, vt fiat Hexameter, & quidem abſolutiſſimus. idque cum verbis præcedentibus Nonij de fæminino genere, tum etiam hoc exemplo Varronis, quod ibidem ſubiicit, confirmatur: *Proſiciem extorum vel in menſam proiicere.* vbi alij *porrigere* habent, quod probat hoc neſcio cuius Poëtæ ἀκροτελεύτιον: *— fumantia porrigit exta.*

15. *Ipſe equu' non formoſus.*] Videbatur P. Coluio iuueni eruditiſſimo Lucilius libro XIV ſeu XV deſcripſiſſe virtutes equi præſtantioris: cuius eam in rem locos aliquot ſingulatim Gammaticis veteribus laudatos, hunc in modum continuatim ſcriptos fuiſſe non abs re arbitrabatur:

*Ipſe equu' non formoſu', gradarius, optimu' vector,*
*Qui colles, camposq́ gradu perlabitur vno.*
*Quē neque Lucanis oriundi montibu' Tauri*
*Ducere protelo validis ceruicibu' poſſunt.*
*Hunc milli paſſûm qui vicerit, atque duobus,*
*Campanus ſonipes ſubcuſſor nullu' ſequetur*
*Maiori ſpatio; ac diuerſu' videbitur ire.*

vnum tantum præterea addidiſſet vellē ex VIII libro à Nonio allatum:

*Omne iter euadit, ſtadiumq́ accline tolutim.*

quem commodè poſt illum verſum legi poſſe puto: *Qui campos collesq́ gradu* &c.

18. *Caſeus allia molliet.*] Vetus codex: *Caſeus, ala, molis:* ex eo Ioſ. Scaliger: *Caſeus, alium, olus.* Alium ἀρχαϊκῶς, allium.

19. *Macrosq́ palumbos.*] Chariſius hæc verba ex libro XV. adducit, vnde ad V. transferenda fortean veriſimiliter arbitror, vt de cæna ruſtica ibidem commemorata dicta accipiantur, quo item proximè præcedens fragmentum pertinuiſſe videtur.

# IN RELIQVIAS LIBRI XV.

1. CYCLOPS *longu' pedes.*] Sic Had. Iunius ad manuſcripti codicis fidem, vt apparet, reſtituit. nam abſurdè vulgo *Cyclopes coelites.* propius liber vetus: *Cyclopes togus pedes.*

Ibid. *& porro huic maiu' bacillum.*] Videtur Lucilius eo delectatus. vt de rebus magnis ὑπερβολικῶς loqueretur. ſic ſupra,

*— feruens cum marculu' ferrum*
*Multorum tuditantûm magnus ictibu' tundit.*

Ibid. *naui in corbitâ.*] Ita de ſententia Patris emendandum; vt *corbita* productè in ſecunda ſyllaba pronuntietur. nam vulgata lectio, *nauis in corbita*, contra legem ac rationem omnem carminis. Secundam autem in Corbita producendam videri eo probari poteſt, quod eadem huius, quæ *Turrita nauis*, ratio: vt enim hæc à Turri ſic illa à Corbe originem ſumit. Feſtus: *Corbitæ dicuntur naues onerariæ: quod in malo* (forte *mali*) *earum ſummo pro ſigno corbes ſolerent ſuſpendi.*

3. *primus ſemiſſe, ſecundus Nummo.*] Sic ſupra:

*Commoda præterea patria ſibi prima putare,*
*Deinde parentum, tertia iam, poſtremaque noſtra.*

4. *febris, ſenium, vomitus, pus.*] Conuitia in homines impuros iaci ſolita. Plautus Moſtell. de Laniſta loquens:

*Abſolue hunc quæſo vomitū, ne hîc nos enecet.*

Hor. *Rutili Regis Rupuli pus, atque venenum.*

5. *ſpiras, pallam.*] Ita numeris commutatis pro *ſpiram, pallas,* placuit iam olim reponere Parenti noſtro. atque adeò multiplicatio iſta *ſpiris* potius quam *pallis* conuenit. vna enim vnius mulierculæ indutui *Palla* ſatis ſuperque oppido; non item *Spira*, ornamentū adeò contortuplicatum, ac multiplex; nec vinctui capitis modo, ſed & ſuperbiæ luxuriæq́. comparatum ſexus huius multò ſumptuoſiſſimi. Vide quæ ad huius opinionis ſuæ firmamentum notauit Pater in Præcidaneis pro Tibullo cap. XVIII.

6. Penula,



6. *Penula, ſi quæris.*] Sic lib. IV. hic noſter: *— ſed bene cocto, & Condito ſermone bono, & ſi quæri' libenter.* Cicero ad Brutum: *Hoc cogere volebat falſas literas eſſe, &, ſi quæris, probabat.* Idem libro ſecundo de Oratore: *Et, ſi quæritis, is qui appellatur dicax, hoc genere maximè excellit.* Ouid. lib. I. Triſt. *Plura quidem mandare tibi, ſi quæris, habebam.* Deſcribere autem hoc loco voluit Lucilius habitum ac cultum peregrinantium, & contrariam ei ſententiam protulit Varro Virgula Diuina: *Non quærenda, inquit, eſt homini, qui habet virtutem penula in imbri.*

Ibid. *ſegeſtre.*] Turnebo magis probatur *Sageſtre*, quod putat fuiſſe craſſum operimentum, vt ſagorum erat craſſior pannus. Cæterum *ſegeſtre* vſus variorum auctorum magis commendat, idque conueniens huic loco. Feſtus: *Δέρεις Græci appellant pelles nauticas, quas nos vocamus Segeſtria.* Plura de hac voce [redacted] Caſaubonus ad Suetonium, qui in hac paleſtra literaria cum paucis hodie regnum tenet.

8. *Non ergaſtulus vnus.*] Ergaſtulum dicit ſeruum ergaſtulo incluſum, qui è vinculis opus facit. vt & Iuuenalis Sat. VI. *— pueros omnes, ergaſtula tota, Quodq́ domi non eſt, & habet vicinus ematur.* vbi Commentarius vetus, *Ergaſtula ruſticorum ſeruientium multitudinem* interpretatur. ſic Lucilius *Carcerem*, qui in carcere eſt vocauit ſuperius. ac eadem ratione *Vincula* pro vinctis apud Ciceronem lib. III. de Legibus; & *Cuſtodia* pro captiuis apud Tacitum leguntur.

9. *Vt nemo ſententiam.*] Malè hoc exemplum cum ſuperiore cohæſerat apud Nonium.

Ibid. *quaſi ergaſtulus poſſit dicere.*] Vetus liber: *magis quam ergaſtulus dicere non poſſit.* quod ſi admittimus, duæ negationes more Græcorum negabunt magis.

10. *Dum miles hybernas.*] Hæc in vulgatis codicibus valdè perturbata leguntur, ſic: *Dum miles hybernas ac meret terſa ex ætate quaſi annos.* quibus Palmerius ita medicinam faciebat: *— dum miles hyberna Hac meret in terra ter ſex, ætate quaſi, annos.* Vt hinc conſtet, Lucilium diu in Hiſpania fuiſſe, & quidem annis XVIII, quos hîc vocet quaſi ætatem.

13. *Trulleu' poſtomis.*] Poſtomidem fingit, vt Turnebus explicat, de naſo eius pendere qui ſe madefaciat aſſiduè, vt enim ferocia iumentorum remoretur, poſtomi eorū ori impoſita, ſic poculum de eius ore pendens talem quandam imaginem reddere videbatur. Dici autem videtur *Poſtomis* à Latinis corrupta voce, quæ tanquam *Epiſtomis* aut *Epiſtomium* appellari deberet. imò verò tanquam ἐπιςομὶς, id eſt, additamentum ori adiectum & appenſum, atque ita ſcribendum videtur. Hæc ferè Turnebus Aduerſar. lib. XVII. cap. vlt. [XXVIII. cap. VIII. Illud verò omittendum non puto, pro voce *Trulleus, Miles* me in veteri libro Nonij expreſſum offendiſſe. quod vnde irrepſerit videor indagaſſe. nam in veteri quodam lexico totus verſus ita legebatur: *Paſtomides huic de naribus ingentes pendent.* vbi poſteriorem partem vocis *Poſtomides* commutatam in *miles* fortaſſis veriſimiliter arbitror. ac hinc quoque non iniuria quis ſuſpicari poſſit ita olim ſcriptum fuiſſe: *Poſtomides huic ingentes de naribu' pendent.* voce *Trulleus* deleta.

14. *Tintinnabulum abeſt hinc.*] Sunt hîc in Lucilio duo genera vehiculorum, vt in Coniectaneis obſeruat [redacted] Scaliger, Tintinnabulum & Sirpea aut Sirpiculæ. de Tintinnabulo Plautus Pſeudulo: *— lanios inde arceſſam duo cum tintinnabulis: Eadem duo greges virgarum indidem vlmearum adegero.* de Sirpeis Varro de Ling. Lat. lib. IV. *Sirpea, quæ virgis ſirpatur, id eſt, colligendo implicatur, in qua ſtercus aliúdue quid euehitur.*

17. *qui nummos t. inuncat.*] Gloſſarium: *Inuncare, arripere.*

18. *nemo eſt halicariu' p. t.*] Sic Alicariæ meretrices. Feſtus: *Alicariæ meretrices appellabantur in Campania ſolitæ ante priſtrina Alicariorum verſari quæſtus gratia.* Plautus Pænulo: *Proſedas, piſtorum amicas, relliquias alicarias.*

# IN RELIQVIAS LIBRI XVI.

1. PELLICVLA *extremâ ex aptum.*] Sic legendum disiunctis vocibus, pro aptum ex pellicula extrema. vt Lucretius lib. IV. *Brachia tum porrò validis ex apta lacertis.* hoc eſt, apta ex validis lacertis. quæ male confundunt Critici. Sic Ennius: *Contempſit fontes, quibus ex erugit aqua vis.* pro ex quibus erugit, id eſt, eructat vis aquæ. cuius verſus poſterius hemiſtichium citatur à Macrobio in libello de different. & ſocietate Græci Latinique verbi, ſed non appoſito auctoris nomine.

R Ibid.

Ibid. *onus ingens.*] Sic *onus inguinis* Ouid. III. Faſtor. & *pondera* Catullo & Petron.

2. *Lyſippi Iuppiter iſta.*] Plinius Naturalis Hiſtor. lib. XXXIV. cap. VII. *Moles quippe excogitatas videmus ſtatuarum, quas coloſſos vocant, turribus pares. Talis eſt in Capitolio Apollo tranſlatus à M. Lucullo ex Apollonia Ponti vrbe* XXX *cubitorum* CL. *talentis factus: talis in campo Martio Iuppiter à Claudio Cæſare dicatus, qui vocatur Pompeianus à vicinitate theatri; talis & Tarenti factus à Lyſippo* XL *cubitorum. Mirum in eo, quod manu, vt ferunt, mobilis (ea ratio libramenti eſt) nullis conuellatur procellis. Id quidem prouidiſſe & artifex dicitur, modico interuallo, vnde maximè flatum opus erat frangi, oppoſita columna. Itaque propter magnitudinem difficultatemq; moliendi, non attigit eum Fabius Verrucoſus, cum Herculem, qui eſt in Capitolio, inde transferret.* Hactenus magnus ille naturæ indagator mirum iſtiuſce ſtatuæ artificium exponens. in quibus verbis neſcio cuius malè feriati hominis emendationi caue accedas temere, qui ſe ex Strabone, reſcribere nobis perſuadere conatur: *Talis & Hercules Tarenti factus à Lyſippo* &c. cum receptam ſcripturam hi verſus Lucilij validiſſime confirment, quibus eandem rem deſcribit.

3. *Rex Cotys ille.*] Ita numeris ſuis hos verſus Had. Iunius reſtituit. vulgatę editiones: *Rex Corus ille duos hos ventos Auſtrum atque Aquilonem noniſſime alebat, ſolos demagis iſtos ex nimbo auſtellos, nec nos ſeneces putare.*

4. *Quid mundum? quid non?*] Libri vulgati, *Quid mundum, omne penum.*

5. *Fundi delectat virtus te.*] Alij, *te virtus*, quod melius & antiquius videtur propter literarum concurſum idem ſonantium.

# IN RELIQVIAS
## LIBRI XVII.

1. NVM *cenſes* καλλιπλόκαμον.] Inter laudes mulierum καλλιπλοκάμους, & καλλίσφυρον: ſicut contra inter vitia Compernis & Valga & Vatia.

Ibid. *tute vide, atque diſſyllabon.*] Numerorum ratio poſtulat vt *ac* pro *atque* reponamus.

Ibid. Τυρὼ εὐπατέρειαν.] Locus eſt apud Homerum Odyſſ. λ.

Ibid. *dentem eminulum vnum.*] Sic ſupra: —*dente aduerſo, eminulo, hic eſt Rhinoceros velut Æthiopus.*

2. *proprium verò nil neminem habere.*] Duo abnutiua magis negant Græcorum more. dicit enim Lucilius: Sapientem nihil proprium, id eſt, perpetuum ſe habere cenſere, ſed vſura tantum frui. *non magna*, id eſt, diuturna & ſtabili.

5. *Si non it, capito inquit eum.*] Poſſet non incommodè cum amico noſtro Ioan. Meurſio reponi *rapito* pro *capito.* & *rapere in ius*, Plauto, Horatio, aliis oppido quam familiare. ſed obſtat XII. Tabularum auctoritas, quarum duas leges hoc loco conclusit & expreſſit Lucilius: SI. VIS. VOCATIONI. FVAT. TESTAMINI: IGITVR. EM. CAPITO. &: SI. CALVITVR. PEDEMVE. STRVIT. MANVM. ENDOIACITO.

Ibid. *& ſi caluitur.*] In mendo cubat hæc vox apud Chariſium lib. I. *Calumnia*, inquit, *prima ſyllaba correpta effertur: venit enim à verbo Calumnior, hoc eſt, fruſtror.* veteris codicis fiducia emendo: *venit enim à verbo Caluor, hoc eſt, fruſtror.*

6. *Si meſſes facis Muſas.*] Had. Iunius pro *Muſas inuiſas* coniicit legendum.

7. *Magna oſſa, lacertiq;.*] Quædam editiones Macrobij hæc Ennio aſcribunt. de quibus adi doctiſſimum Hier. Columnam in Explicationibus Ennianis.

# IN RELIQVIAS
## LIBRI XVIII.

3. INCRVSTATV' *calix ruta c. b.*] Ita in veteribus impreſſis libris Porphyrionis reperi, quam ſcripturam Turnebus etiam ſequutus eſt. vulgati habebant: —*nam mel regionibus illis Incruſtatu' calix rucia.* —ex quo Yuo Villiomarus in locos controuerſos Roberti Titij legendum autumat: *nam mel regionibus illis Incruſtatu' calix crucio.* —ac huc pertinuiſſe illum Feſti locum: *Crucium quod cruciat. Vnde Lucilius vinum inſuaue Crucium dixit.* Vt feſtiuè Lucilius gentem neſcio quam irrideat, apud quam vinum inſuaue naſceretur: quo imbutus & incruſtatus calix apud eos mellitum ſapuerit.



4. *aquè fruniſcor ego, ac tu.*] Ita legebat Pater, quo carminis rationi conſuleret. cui libros antiquitus excuſos accedere, poſtea comperi. Sic *Fruniſcor* & *Frunitum* dixit Cato teſte Sexto Pompeio. vulgò & in Nonio & Lucilio *fruiſcor* vulgatur.

# IN RELIQVIAS
## LIBRI XIX.

1. AC *delectare domi te.*] Sic Plautus Captiuis: *Itidem hæc mihi aduenienti vpupa, qui me delectem, data eſt.*

3. *Vt pueri infantes.*] Sic libro proximo: *Vt pueri infantes credunt ſigna omnia ahena Viuere.*

6. *Peniculamentum verè.*] Veriore, vt exiſtimo, lectione reſtituo: *Peniculamento verò reprahendere noli.* Sic Plautus Epidico, *Quis properantem me reprahendit pallio?* Idem Milite: *Vel illa qua me herè pallio reprahenderunt.* Repræhendere enim dicimus propriè quos in via aſſecutos parte aliqua veſtis appræhenſos remoramur.

7. *Latere pendens.*] Veriſimiliter putat Hieron. Columna Lucilium hanc Thyeſtis apud Ennium exſecrationem inter ſua inſeruiſſe poëmata, tanquam vulgo iactatam, & inde Nonium Lucilij exiſtimaſſe. Ita autem locum Ennij adfert Cicero lib. 1. Tuſcul. Quæſt. *Exſecratur luculentis ſanè verſibus apud Ennium Thyeſtes, primum vt naufragio pereat Atreus. durum hoc ſanè: talis enim interitus non eſt ſine graui ſenſu. illa inania, — ipſe ſummis ſaxis fixus aſperis Euiſceratus, latere pendens, ſaxa ſpargens tabo, Sanie, & ſanguine atro.*

8. *Rauſuro Tragicus.*] Iuuenalis: *Vexatus toties rauci Theſeide Cordi.*

10. *& vncis Forcipibus d. e.*] Sic corrigendum fide vetuſti codicis. nam vulgati multò corruptiſſimè: *Quinis forcipibus dentes vellere.* Vſus verò eſt eadem pæne loquendi formula Sidonius: *Barba concauis hirta temporibus, quã in ſubdita vultus parte ſurgentem ſtirpitus tonſor aſſiduus genas ad vſque forcipibus euellit.*

# IN RELIQVIAS
## LIBRI XX.

1. TERRICOLAS *Lamias.*] Non refert Lactantius ex quoto Lucilij libro hos ſex verſus tranſcripſerit: ſed Nonius verſum tertium cum hemiſtichio ſequentis manifeſtò adfert ex XX. ſiue vt in aliis libris eſt XXV. quamuis apud eum malè neſcio quis *Curius* pro Lucilio citetur, vt paret ex Lactantio.

Ibid. *hîc omnia ponit.*] Notabis quinque linearum ſpatio vocem *omnia* iteratã plus minus quater.

3. *Pulmentaria vt intybus.*] Hæc vera horum verſuum lectio, qui corruptiſſimi editi ſunt apud Nonium in Mictyris. *Pulmentaria vtentibus, aut aliquod genus herba, & ius mœnarum bene habet ſe myctiris, hoc eſt meri.* at in Intyba prior verſus tantum legitur ita vt eum exprimendum curauimus. poſteriorem reſtituit Ioſephus Scaliger.

4. *Calpurni ſauam legem.*] Eſt hæc lex, niſi fallor, Calpurnia de ambitu. quam C. Calpurnius Piſo Conſul tulit: in qua, præter alias pœnas, pecuniaria quoque erat adiecta. cui legi ob nimiam eius ſeueritatem aliquid derogatum poſtea videtur innuere Cicero in oratione pro Cornelio.

5. *vt Marſu' colubras Diſrumpit cantu.*] Marſi populi Italiæ plurimum maleficis carminibus pollebant. Ouidius de medicamine faciei: *Et media Marſis findantur cãtibus angues.* Horat. Epod. od. XVII. *Caputq; Marſa diſſilire nania.* Virgil. VII. Æneid. —*neque eum iuuere in vulnera cantus Somniferi, & Marſis quaſita in montibus herba.*

6. *deinque petigo.*] [redacted] Ioſ. Scaliger:

*deq; petigo.* quomodo & Fruterium olim emendaſſe monet Carrio in Antiquis. Depetiginem antiquorum more dixit, quam alios Impetiginem vocaſſe conſtat. Gloſſarium *Depetigo*, λίπγα, λιχλὼ. repone *Depetigo.* At in verſu Lucilij producēdo *Petigo* tantum agnoſcit Nonius, non *Depetigo.* in quo ſane errare eum vt in aliis multis non ſemel oſtendit Scaliger. eſt enim tmeſis, quam familiarem Lucilio fuiſſe, iam alibi oſtendimus.

9. *Purpureo terſit.*] Hinc accepit Horatius illud ſuum: —— *puer altè cinctus, acernam Gauſape purpureo menſam perterſit.* ——ac eodem videri poteſt alluſum à Plauto in Menæchmis: *Iuuentus nomen fecit Peniculo mihi Ideo quia menſam, quando edo, detergeo.*

10. *Proras detundete.*] Nonius & Victorinus verſum hunc citant, verùm ab altero verſus integer, ab altero nomen auctoris habetur.

# IN RELIQVIAS LIBRI XXII.

2. LVCEILI *Columella heic ſitu' Metrophanes.*] Hęc vera eſt huius pentametri ſcriptura, quam operæ peſſimè deprauarunt. Quintilianus verò auctor eſt, veteres *Columa* exempta N litera ſcribere conſueuiſſe. vnde aptè *Columen & Columella* deduci poſſe videntur.

## IN LIBRVM XXIII.

3. TONGERE.] Conſule Sext. Pompeium de hac voce.

4. *Calx.*] Id quod ſemel dixi haud muto. Chariſij nempe codices non vacare mendo, qui ex XLIII hanc vnicam vocem agnoſcit. Vide quæ diximus ſupra.

## IN LIBRVM XXV.

1. QVA *gallam bibere.*] Galla fructus ſub autumnum adnaſcens arboribus, præcipuè robori, ſpecie rotundæ nucis, vim haber aſtringendi exſiccandique, & ob id vtilis ad multa.

Ibid. *oleo decumano.*] Vt triticum hodie decumanum, quia miſcellum eſt, vinum etiam decumis collectum deterius eſt: ſic Lucilium oleum decumanum pro deteriori dixiſſe Turnebus putat.

Ibid. *pane Cumano coëgit.*] Traiectis vocibus legendum —*pane coëgit Cumano.*—

2. *Solus iam vim.*] Vetus codex libro XXVI. adſignat hunc verſum.

4. *Arabus artemo.*] Antiqua inflectendi ratio. ſic ſupra *Rhinoceros Æthiopus.*

## IN LIBRVM XXVI.

2. AT *enim dicis.*] Videtur legendum, *dixti*, vel *dixi.*

Ibid. *neu myſteria ecferres foras.*] Pro efferres antiquo ſcribendi more. cuius ignoratio mendum Plauto affinxit Bacchidibus: CH. *Vix videtur fieri poſſe.* M.N. *perge ac facilè hæc feceris.* vbi reſcribendum pronuntio, *ac facile ecfeceris*, pro effeceris.

3. *Ferri tantum, ſi roget.*] Eſt carmen Quadratum, quod ſic eleganter Fruterius conſtituit:

*Ferri tantum, ſi roget me, non dem quantum auri petit;*
*Si ſe rupit, ſic quoque à me, quod roget, non impetret.*

*Rupit* pro ruperit, id eſt, vti ex Plauto interpretor, vſque ad rauim popoſcerit clamando. Sic Lucilius libro ab hoc proximo: *Tu Lucilium credis conturum, quum me ruperim, ſumma omnia fecerim.*

6. *vt Aſia fiam ſcripturarius pro Lucilio.*] Nō aſſentitur Nonio hoc loco Adr. Turnebus, qui *Scripturarium* cenſet eſſe tabellarium, vel tabularium: cum ſit is, qui commentarium ſcripturæ conficiat pecoris in paſcuis publicis paſcentis, vt in capita pecuniam exigat, quæ pecunia etiam *Scriptura* dicitur. Videntur autem huc pertinere illa Varronis ex libro ſecundo de re ruſt. cap. I: *Nam is magiſter C. Lucilij Hipri, generi tui, cuius nobiles pecuaria in Brutiis habentur.* Item illa Ciceronis lib. II. de Oratore: *Sed ex his omnibus* (C. Iulius Cæſar loquitur) *nihil magis ridetur, quam quod præter exſpectationem, cuius innumerabilia ſunt exempla: vel Appij maioris illius, qui in Senatu, cum ageretur de agris publicis, & de lege Thoria, & premeretur Lucilius ab iis, qui à pecore eius depaſci agros publicos dicerent, Non eſt, inquit, Lucilij pecus illud, erratis (defendere Lucilium videbatur) ego liberum puto eſſe: qua lubet paſcitur.*



Ibid. *id ego nolo.*] Fortè *volo.*

8. *Decalanticare.*] Ita ſcribendum cenſet Adr. Turnebus, vt ſit calanticam detrahere, quod eſt tegmen capitis muliebre: quod etiam per tranſlationem in aliarum rerum ſpoliatione ponatur.

9. *Aggere in iaciendo.*] Hoc eſt, in iaciendo aggerem.

Ibid. *ſi quo eſt vineis actis opus.*] Oppugnatoriam contabulationem ſignificat, vineæque ſimiliter contabulata, ſub qua tecti milites aduerſus miſſilia oppidanorum muros inuadebant, ac ſubmoliebantur.

10. *Vt ſi eluuiem.*] Iambici ſunt, ita (niſi fallor) reſcribendi:

*Vt ſi eluuiem facere per ventrem velis*
*Curare omnibus diſtento corpore exſpiret viis.*

ſenſu apto apertoque. *Eluuiem facere* pro eluere & egerere cibi reliquias dixit.

11. *Genium ſ. d. alij parcat.*] Ita rectè legitur. Terent. Phorm. *Quod ille vnciatim vix demenſo de ſuo Suum defrudans genium comparcit miſer.*

14. *Nunc itidem populum.*] Forte, *N. i. vt populum.*

18. *vt Roma vitet gladiatoribus.*] [redacted], Ioſ. Scaliger: *vt Romam vitat gladiatoribus.* & eſt Trochaicus. *vitat*, bitat, eat. *Gladiatoribus* caſus abſolutus, id eſt, munere gladiatorio. ita Cicero ad Attic. *Gladiatoribus Romæ eſſe.*

21 *an gladiū incumbat.*] Sic Plautus: *Quin gladium faciam culcitam, eumq; incumbam.*

27. *& quo folliculo nunc ſum indutus.*] Arnobius aduerſus Gentes lib. II. *Nihil enim eſt nobis promiſſum ad hanc vitam, nec in caruncula huius folliculo conſtitutis, opis aliquid ſponſum eſt auxiliiq; decretum.*

28. *Tum doloribus confectum.*] Huic præmittendum fuerat, quod paulo poſt habes: *Animo qui ægrotat, videmus corpore hunc ſignum dare.*

32. *Rauco concionem ſonitu.*] Eruditiſſimus Lipſius putat Lucilium hoc verſu Trochaico reſpexiſſe ad morem Romanum, quo claſſicum in celeberrimis vrbis locis canebat, cum ciui rei capitalis dies dicta eſſet. adi ipſum, ſi videtur, ad librum II. Annal. Taciti.

36. *è bulga matris.*] Non ſine ſatyrico vrbanitatis ſale *Bulgam* pro vulua, hoc eſt, matrice poſuit. quemadmodum Varro contra Vulgam pro bulga Satyra Sexageſi:

*Eo vt viaticū ex arcula adderem in vulgam.*

quod fruſtra mutant viri docti, quum à Nonio in voce ea proferatur.

38. *Qui ſex menſes.*] Expreſſit illud Cæcilij ex Hymnide apud Ciceronem lib. II. de finib. *Mihi ſex menſes ſatis ſunt vitæ, ſeptimum orco ſpondeo.* & fortaſſean hinc emendandus verſus Pomponij ex Atellana Menia apud A. Gellium Noct. Attic. lib. x. cap. XXIV: *Dies hic ſextus eſt cum nihil egi; die quarte moriar fame.*— vbi reſcripſerim lubens, —*die Septimi moriar fame.* ſed nihil affirmo.

43. *officium fungor ruderum.*] Rectè I. Lipſius *Iberûm* pro *tuberum* ſubſtituit. nam Lucilius in Hiſpaniam cum Prætore profectus.

44. *Si quod verbum.*] Ita legendum, ineptè vulgo *verum.*

46. *duplici corpus ſiccaſſem pila.*] Duplicem pilam interpretor magnam, & quam *Follem pugilatorium* vocat Plautus, quod pugno non palma percuteretur. ſic Turnebus per *duplicem ficum* putat Horatium ſignificare maiorem & quæ mariſca vocabatur. Vide ipſum Aduerſar. lib. XIII. cap. I.

Ibid. *corpus ſiccaſſem.*] Hoc eſt, *digeſſiſſem corpus per ſudorem*, vt Cornelius Celſus bonus Latinitatis auctor loquitur.

47. *Malis neceſſe eſt lautum.*] Hunc horum verborum ſenſum contra Nonium facit eruditiſſimus I. Gruterus; neceſſe eſt vt palatum & dentes lauet purè cibos ſumpturus. in veteri editione Nonij ita excuſum erat: *Malis necem luctu menſa purè capturus cibum.*

53. *Mihi quidem non perſuadetur.*] Ita nouiſſimæ editiones, vetuſtiores verò ſic: *Mihi quidem perſuadent publice mutare meos.*

57. *Luporum exauctorem maluanum.*] Hæc vulgo mendoſiſſima I. Lipſius ita emendabat: *Luporum exactorem Siluanum & fulguritarum arborum.* nam Siluanus rei ruſticæ præſes deus. Cato & Horatius: *Siluane tutor finium.* Turnebus autem ſic: *Luporum exactorem Martem, Siluanum.* nam Martis nomen etiam Siluano tribuebant. viſe ipſum Aduerſar. lib. XXIX. cap. XXIII.

58. *ex ſauis transfert temp.*] Maluerim, *transfers.*

62. *Nec minimo.*] Ioſ. Scaliger rectam & indubitatam lectionem ait hanc: *Nec mihi Oïlei proferatur Aiax, quod Caſſandram ſ. d.* Fr. Iunius verò ad Manilium longè aliter: —*Nec pax minimo proferatur. Deripuit ſigno Caſſan-*

*dram.* —— & proferare hîc ἐνεργητικῶς dictum addit, pro eo quod eſt facere vt proferatur: vt ferare ſimplex feracem reddere.

63. *imperium Regis.*] Regis Agamemnonis. Hæc continuabant hiſtoriam τῶν νόστων cum illis quæ proximè præcedunt de Aiace Oilei.

68. *& faſtidire Agamemnonis.*] Veteres *Faſtidire* cum genitiuo non raro copulare ſolent. Plautus Aulular. *Abiit, neque me certiorem fecit, faſtidit mei.* Titinnius Leucadia: *Vide, nũc faſtidit mei.* correxerim, *viden' vt faſtidit mei?*

69. *illuuie, inbalnitie.*] Ita legendum. vulgo *inualnitie. Imbalnities*, ἀλουσία.

71. *Dij monerint meliora.*] Hæc vera lectio. nam Nonius ipſe in Moneris, quod pro monueris poſitum accipit, priorem huius fragmenti partem ita ex Pacuuij Chryſe producit. vnde ſuſpicio eſt Lucilium ab illo ſumpſiſſe. quippe cum Varro etiam lib. VI. de Ling. Lat. & Feſtus id Pacuuio aſſcribant ſed titulo operis omiſſo.

## IN LIBRVM XXVII.

1. ID *bonis porro.*] Hæc perturbatè leguntur in vulgatis libris ſic: *In bonis, porrò eſt viris, ſi irati, ſeu cui propitij ſunt dij, vt diutius eadem vna maneant in ſententia, nam cum benignitate ſolicitos propoſito.*

3. *qui inſcriptum è portu.*] Inſcriptæ merces ſunt, quas in portu apud publicanum mercator aut inſtitor non eſt profeſſus, ideoque in ſcriptura publicani non ſunt perſcriptæ, in commiſſumque incidunt. vide Turnebum Aduerſar. lib. X. cap. VI.

4. *Salutem fictis verſibus.*] Trochaici ſunt. quorum alter verſus ita etiam apud Nonium legitur: *Item populum ſalute & fictis verſibus Lucilius.*

5. *ſumma omnia fecerim.*] Sic Cicero ad Atticum lib. XV. *Seſe de attributione omnia ſumma feciſſe.*

7. *Has è feneſtris in caput.*] Puto *teſtas* ſubaudiendas, ac proinde interpretandum ex illo Iuuenalis Sat. III. *Quod ſpatium tectis ſublimibus, vnde cerebrum Teſta ferit, quoties rimoſa & curta feneſtris Vaſa cadunt.* ——

8. *neque ſtrabonem fieri.*] Id eſt, inuidum, vt docuit Pater ad Horatium. Oculorum enim diſtortio, iure optimo inuidis tribuitur, non item auaris; vt vult Turnebus. Id quod clarius liquet ex ſcitula illa & graphica Inuidiæ deſcriptione apud Ouidium, atque huc alluſum ab Horatio in Epiſtolis cum ſcribit: *Non iſthic obliquo oculo mea commoda quiſquam Limat.*

10. *Nec ſic, vbi Græci.*] [redacted] amiciſſimus Paullus Merula ita hæc refingebat: *Leſſus vbi Græci, vbi nunc Socratici charti? Quidquid queruli petimus.* —— vt intelligat Græcorum ſcripta & libros, quibus indigna cum aliorum, tum præcipuè Socratis mors ab Athenienſibus defleta.

Ibid. *Socratici charti.*] Ioſ. Scaliger legendum putabat: *Socratici charta.* nam Græcum eſſe σωκρατικοὶ χάρται.

12. *Infelix lignum ſambucum.*] Plinius: *Canes ſupplicia annua pependiſſe, inter ædem Iuuentutis & Summani in furcas ſambuceæ fixas arbore.*

21. *Tamen aliti verruca.*] Ingenioſè Ioſ. Scaliger: *Tamen alicis verruca, aut cicatrix medij papilla differunt.* Alex, vt tunc ſcribebant, & poſtea Hallex, eſt pollex pedis. Medius, intelligitur digitus pedis medius. Verruca igitur, aut Callus, qui eſt in hallice aut pollice pedis, item cicatrix, ſiue vlcus in medio pedis digito quam moleſta ſint, ſciunt, qui experiuntur. Papilla, ὑποκορισμὸν à papula ἐξάνθημα apud Virgilium in Georg. Differre papulæ, pro differre à papula, ἀρχαϊσμός.

22. *Mordicus petere aurum.*] Puto tranſpoſitis paululum vocibus reſcribendum: *Mordicus petere aurum è cœno expediat, è flammâ cibum.* vt referatur ad verbum antiquum, *Cibum è flamma petere*, quo vſi ſunt Terentius & Catullus.

25. *quem maltam ac fœminam.*] Inde Horatius, *Maltinus tunicis demiſſis ambulat.*

27. *tanquam collus cernui.*] Nõ intellexiſſe Nonium hunc locum monuit nos Ioſ. Scaliger. Cernuus, qui aliter Cernulus, eſt κυβιστητής, Cernuator, & verbum Cernulare, & Cernuare. Horum hominum collum nunc ſurſum nunc deorſum torqueri, qui ignorat, neſcit quid ſit Cernuare, aut κυβιστᾷν. At hominis ſimpliciter Cernui, καὶ πρηνοῦς, collum ita νεύειν ἐπὶ κάτω, vt credit Nonius, quis credat?

34. *Lignum cadat.*] Plautus Mercatore: *Nihil opus nobis ancilla, niſi quæ texat, quæ molat, Lignum cadat, penſum faciat, ædes verrat, vapulet.* vnde apparet hæc verba à Plauto eſſe.

37. *egoque ab Archilocho excido.*] Alluſit ad verſus Archilochi qui apud Stobæum in tractatu de ſpe:

Χρημάτων ἄελπτον οὐδέν ἐστιν, οὐδ' ἀπώμοτον,
Οὐδὲ θαυμάσιον, ἐπειδὴ Ζεὺς πατὴρ Ὀλυμπίων
Ἐκ μεσημβρίας ἔθηκε νύκτ' ἀποκρύψας φάος,
Ἡλίου λάμποντος λυγρὸν δ' ἦλθ' ἐπ' ἀνθρώπους δέος.
Ἐκ δὲ τοῦ, οὐκ ἄπιστα πάντα κἀπίελπτα γίγνεται)
Ἀνδράσι. Dicit ergo Lucilius ſe vereri quominus



minus fieri neſcio quid poſſit, nec Archilocho poëtæ accedere qui nihil non credendum, ac ſperandum affirmet.

46. *Ego enim à pueritia.*] Vetus codex: *Ego enim aut pueritiam, aut me amare expediat dictis.*

47. *vel centum cibicidas.*] *Cibicidas* poſtulat lex Trochaici, hoc eſt, voraces, qui cibum cædant & abſumant. Gloſſarium: *Ciuicida*, σκαλοφάγος. Legerim, *Cibicida*, σιτοφάγος, vel potius, σαρκοφάγος. ſic Lucilius alibi: —— *fragmenta interfici' panis. Tibicidas*, quod in veteribus libris legitur, eſt ineptiſſimum. quamuis Turnebus ita magiſtros dictos putet, quod diſcipulorum peccantium tibias ferula ſoleant cædere.

48. *Idola atque atomos.*] Lucilius, quia ſuo tempore Romani, (vt docet Ioſ. Scaliger ad Culicem Virgilij) quomodo εἴδωλον Latinè dicerent non habebant, Græcam vocem vſurpauit. Primus enim Catius Inſuber, auctore Cicerone, Epicuri εἴδωλα *Spectra* vertit.

49. *Hymnis velim te.*] Quid mihi mentis de hoc loco ſit, iam ante indicaui.

## IN LIBRVM XXVIII.

3. POLEMON *& amauit.*] Non diſplicet Had. Iunij emendatio: *Polemonem amauit, & poſt mortem huic tranſmiſit ſuam ſcholam, quam dicunt.* vt ſermo ſit de Xenocrate, à quo adamatum fuiſſe Polemonem, eique ſucceſſiſſe in regenda ſchola teſtatur in huius vita Laërtius. nihilo minus tamen Petri Victorij lectio proba videtur: *Polemon & amauit Cratem, & huic tranſmiſit ſuam ſcholam quam dicunt.* quod confirmat ex eodem Laërtio ita de Polemone in vita Cratetis loquente: καὶ ἀκροατὴς ἅμα καὶ ἐρώμενος Πολέμωνος, ἀλλὰ καὶ διεδέξατο τὴν σχολὴν αὐτοῦ.

7. *Soſpitat.*] Feſtus: *Soſpitare eſt bona ſpe afficere aut bonam ſpem non fallere.*

Ibid. *Impertit ſalutem plurimam & p.*] Sic Tibullus lib. III. *Sed primùm meritam larga donate ſalute.*

12. *anus rurſum ad armillum.*] Apuleius lib. VI. Metam. *Interea Cupido nimio amore pereſus, & ægra facie matris ſuæ repentinam ſobrietatem pertimeſcens, ad armile redit.* vbi libens reſcripſerim, *ad armillum redit*, ex hoc Lucilij, & altero Apulei loco lib. IX. *Tamen altius commota atque exaſperata, ad armillum reuertit, & ad familiares fœminarum artes accenditur.* & certè *Armillum* omnes Grammatici agnoſcunt. Varro de vita Pop. Rom. lib. I. *Item armillum quod eſt vrceoli genus vinarij.* Feſtus: *Armillum vas vinarium in ſacris dictũ quod armo, id eſt, humero deportetur.* Gloſſæ Iſidori: *Armillum crater, vas vinarium.*

20. *tela, inſidiasque locaui.*] Vetus liber: *tale, inſidiaque.* legerim: *tela inſidiaque locari.*

21. *Piſcium magnam atque altilium vim.*] Saluſtius in Fragmentis: *Itaque tempeſtate piſcium vis ponto erupit.* vbi parum abeſt quin vocem *magna* deeſſe ſuſpicer, eamque è Lucilio inculcandam hoc exemplo: *Itaque tempeſtate piſcium magna vis ponto erupit.* Similiter Plautus Græcam vocem vſurpauit Pſeudulo: *Oliui dynamin domi habent maximam.*

22. *triſtis ac ſeuerus philoſophus.*] Hinc emendandus Afranius Priuigno: *Non ego te noui triſtem, ſeuerum, ſerium.* vbi vulgo, *triſtem, ſeruum, ſerium.*

23. *gnate vrge; reſtant.*] ἀναμφισβητήτως lego, *gnauè vrge*, pro gnauiter. *reſtant* autem pro reſiſtunt accipiendum monuit iampridem doctiſſimus Paullus Merula. Sic Propertius lib. III.

*Dum vincunt Danai, dum reſtat barbarus Hector.* Ouidius II. Faſtor.

*Poſtmodo victa cades; melioribus Ardea reſtas.*

26. *baliſtas i. centenarias.*] Quæ ſaxa centum pondo iaciebant, vt vult Turnebus Aduerſ. lib. XXIII. cap. XXIII.

30. *confectores cardinum.*] Fallor, an legendum, *carnium.* Conficere carnes eſt abſumere. ſic Lucilius ſupra, —— *& carnaria fartim Patrum conficeret.* Varro Meleagris: *Funus exſequiali cum leſſo ad ſepulcrum antiquo more ſilicernium confecimus.* Cicero Papirio Pæto: *Plures iam pauones confeci, quam tu pullos columbinos.*

32. *Vtrum anno*]. Pro pridem. Plautus Amphit. *Etiam hiſtriones anno cum in proſcenio hîc Iouem inuocarunt, venit.*

Ibid. *te abſtuleris à viro.*] Ioſ Scaliger, *abſtineris* pro abſtinueris, more antiquo.

36. *Cui ſæpe impoſui.*] Sic Petronius: *Itaque vt tutela nauis expiaretur placuit quadragenas vtrisque plagas imponi.* & Propertius lib. IV.

*Impoſitque notam collo, morſuque cruentat.*

cui conſimile illud Lucilij libro ſequente: *Apollo eſt numen qui te antiquis non ſinet Deliciis maculam atque ignominiam imponere.*

37. *Sarcinatorem eſſe.*] Cato de re ruſtica cap. II. *Centones cucculliones familiam oportuiſſe ſibi ſarcire.* vnde & confirmari poſſe videatur rectè in Plauto legi: *Proin tu alium quæras, cui centones ſarcias.* pro quod alij *farcias* ſubſtituunt. Eraſmum autem noſtrum in corrupta exemplaria Nonij incidiſſe apparet, qui verſum

verſum hunc Lucilij ita producit in Chiliadibus ſuis, *Sarcinatoris eſſe ſummum ſuere centonem optimè.* Hinc male producti verſus mala interpretatio.

38. *Tanti tempori ſe montes.*] Hanc veram lectionem ſuſpicatur Iof. Scaliger. Tempus pro tempeſtate aliquando veteres dicebant. Rutilius lib. I. *Dumq́ procelloſi temporis ira cadit.* Fædus eſt fæditas Iuriſconſulto: *Mulier, quæ ſe in tantum fædus dederit.* Fædas & ſpurcas tempeſtates veteres dicebant. Cæterum Parens meus ita hæc priſtinæ integritati reſtituenda putabat: — *tanti Se tempeſtatis montes ad ſidera tollunt.* ſubſcribente Ouidio in Triſtibus:

*Me miſerum, quanti montes voluuntur aquarum,*
*Iam iam tacturos ſidera ſumma putes.*

In veteri verò libro Nonij longè aliter extabat:

*Tutius & tenerent mortes & fædera tollent.*

vnde Paullus Merula emendabat:

*Tutius intentent mortes & fœdera tollant.*

de quo conſule ipſum ad Annales Ennij.

41. *in ſummum ire adde menetus.*] Rectiſſimè clariſſimus I. Lipſius: *in ſummum ire Dæmenetus.* vt dixerit Lucilius: Chremes ille in filio indulgendo medium tenuit. Dæmenetus Plauti modum exceſſit. Notum ex Aſinaria quomodo ille ſenex filium tantum non ad luſtra & meretrices deducat.

45. *Fulmentas eis atque aneis ſubc.*] Ingeniosè Caſaubonus [redacted]: *Fulmentas, clauis aneis ſubc.* quod planè eſt Græcorum ἐγκρούειν, vel, ἐγκόπτειν. & referendum ad morem Romanorum, quo clauis æneis ſuppingebant calceos ſibi.

48. *vtiliter edoceas lutum.*] Ita Turnebum legiſſe apparet. vt dicamus *Lutũ* pro lutulentis hominibus veteres poſuiſſe; quomodo & cænum pro cænoſis & turpiſſimis. Plautus Perſa: —*eho lutum lenonium, Commixtum cæno, ſterquilinium publicum.*

## IN LIBRVM XXIX.

1. **H**oc *quum feceris.*] Verſus diuerſos ex hoc libro emendatos & numeris ſuis reſtitutos compoſuit ac combinauit Paullus Merula in Commentar. ad Annal. Ennij, idemq́ue putat Lucilium totam Fabij Cunctatoris hiſtoriam adiectis etiam vtrimque orationibus deſcripſiſſe; quibus confirmandis fragmenta multa ad eam rem detorquet, quæ quia nimis longum foret huc tranſcribere, in eius Commentario ad lib. VIII. Annal. Ennij reperies.

2. *Habeasq́ animo.*] Egregiè his verſibus præmitti poſſit ille, qui paulo poſt ſequitur: *Fauitorem me tibi, amicum, amatorem putes.*

6. *Si Socrates in amore.*] Nouiſſimus Ariſtæneti editor hæc cum ſequenti loco iungenda atque ad hunc modum legenda cenſet: *Et amabat omnes: nam vt diſcrimen non facit, neque ſignat linea alba, ſic Socrates in amore, & in adoleſcentulis meliore paullò facie ſignat, nihil quod amaret.* Eſt enim ex Platonis Charmide, in quo Socrates ait ſe erga formoſos adoleſcentes perinde eſſe, vt λευκὴ στάθμη ἐν τῷ λευκῷ λίθῳ, propterea quod non diſcerneret inter formoſos, ſed omnes ex æquo amaret.

9. *Prius non tollas.*] Doctè & acutè clariſſimus Lipſius: — *Prius non tollas quam Tullium Ex nomine atque omine ipſum interfeceris.* Putatq́ue verſus Trimetros factos in perſona Tulliæ, quæ Tarquinium maritum ſtimulauerit ad necem Seruij Tullij: quẽ illa ex nomine atque omine interfici vult; quia Tullius à tollendo. Cæterum aliquanto ſequius in libro veteri exſtabat, ad hanc faciem: *Prius non tollas, quem tuli animum ex nomine, At hominem ipſum interfeceris.*

13. *vetulum Lupum.*] Adr. Turnebus vetulum lupum pro homine veteratore, & rapaci poſitum autumat: ſed videndum an non potius de P. Rutilio Lupo iam ſæpius à Lucilio famoſo carmine proſciſſo accipi debeat.

19. *Ventrem alienũ M. fouere.*] Fouere ventrẽ pro alimentis & cibis replere (vt vult idem doctiſſimus Turnebus) à fomentis medicorum atque adeò cataplaſmis, tranſlatione eruditiſſimè ducta, non ſine Satyrico ſale. vilitatem tamen polentæ eleuans, luſoriè, quaſi polenta non tam cibus ſit, quã cataplaſma quoddam.

25. *Hic me vbi videt.*] Ita hæc in duo fragmenta perperam diuiſa partim ex Nonio, partim ex Feſto in integrum reſtituimus, ac combinauimus. nam apud illum ſic leguntur: *Hic me vbi videt, ſubblanditur, palpatur, caput ſcabit.* apud hunc verò hæc tantum: *vbi me videt, caput ſcabit, pedes legit.* Ita alterum alterius ope ſuppleuimus.

29. *ad morbũ homini illum vel belliſſimum.*] Putem Lucilium ſcripſiſſe: *ad morbum h. ilium vel belliſſimum.* Ilius vel Ileus grauiſſimus periculoſiſſimusq́ue tenuioris inteſtini morbus.

30. *Hac eſt ratio.*] Indubitata lectio Iof. Scaligeri, quam ita in arduo opere illo De emendatione temporum conſtituit: *Hac eſt ratio peruorſa; æra ſumma ſubducta improbè.* vbi addit, veteres illos, qui purè locuti ſunt, partes aſſis & cuiuslibet integri numerarij æra vocaſſe.



caſſe. quales ſint ſextulæ, vnciæ, ſilici, & cæteræ minimæ partes aſſis, quas minutias vocant, ex quibus ſcilicet ſumma conficitur. vnde æra ſummæ dicunt, quaſi μέρη τοῦ ὅλου.

31. *Eodem vno hi modo.*] Liber vetus: *Eodem vno hic modo rationes ſubducet ſuas.*

32. *ducatq́ æris ſimul atque alieni.*] Eruditè atque ingenioſè doctiſſimus Ianus Gruterus: *ducat ſui æris ſimul atq. alieni.* quod præter loca ſimilia ab illo in Suſpicionibus prolata etiam hoc Vlpiani illuſtrabat Frater olim meus, in l. 213. ff. de verb. ſign. *ÆS alienum eſt quod nos alij debemus, æs ſuum eſt quod nobis alij debent.* quo etiam illud pertinere idem putabat, quod bonorum nomine ea tantum veniunt, quæ deducto ære alieno ſuperſunt.

33. *Tyroneo & non mortifero.*] Haud abſudè Pater, *Chironeo*, vt Chironium vulnus pro medicabili & non lethali dixerit Lucilius, contra quam obſeruatum iam à doctis. niſi quis potius ita reſcribendum aſſerat: *Chironio, nec non mortifero.*

38. *Diuidant, differant.*] Sic Ennius in V. *Diſperge hoſtes, diſtrahe, diduc, diuide, differ.*

39. *Colligere auxilium.*] Clariſſimus doctiſſimusq́ue vir Ioannes Paſſeratius princeps legendum monuit: *Collega auxilium, tamen etſi indignum feramus.* docuitq́ue verba Fabij Dictatoris eſſe auxilium ferentis Minutio ſibi adæquato imperio. Cæterum *indignus* ibidem de ſententia Parentis mei potius reſtituendum, quam *indignum*, quod ex vulgatis retinet Paſſeratius, ipſa carminis ratio clamat. quod idem Paulo Merulæ in mentem veniſſe poſtea comperi.

40. *Fauitorem me tibi.*] Gloſſæ Iſidori: *Fauitor fautor.* Plautus Amphit. *Sat habet fauitorum ſemper, qui rectè facit.* & nõ multo poſt: *Si cui fauitores delegatos viderint, vt ab his in cauea pignus capiantur toga.* Hinc ride lector, ſi placet, craſſum errorem Chariſij, quamuis principis notæ Grammatici: *Fautor antiqui dixerunt, at Fauitor nec auctoritate nec ratione dicitur.*

44. *Tum illud epiphoni.*] Epiphoni. Imperatiuus ἐπιφώνει. Sententiam aut prouerbium aliquod memorabile iubet ſuccinere.

49. *tectaq́ & teſtúdines reddit.*] ἓν διὰ δυοῖν. pro tectos teſtudines.

51. *Pauliſper cui me dem.*] Iof. Scaliger ita putat diſtingui poſſe aduerſus Nonij ſententiam: *Pauliſper comedens edet hac ſe, vt polypus, ipſa.* hoc eſt, Hæc comedens ſe pauliſper edet ſe ipſa, vt polypus. Sic Alcæus apud Athenæum: ἔδωδ' ἐμαυτὸν, ὡς πωλύπους.

67. *Primum Chryſi cum negat.*] Homerus Iliad. primo.

69. *Diſſciat atque omnia.*] Totum hoc à Lucilio ſumſit Varro ἀκιαμαχίᾳ περὶ τύφου: *Ego*, inquit, *eam ſuppetias, qua tunc mihi nec reis nec ratio eſt diſſociat atque omnia neſantia.*

## IN LIBRVM XXX.

1. **L**amia *& Pytho oxyodontes.*] Oxyodontas vocauit, vt docet Iof. Scaliger ad Varronem, propterea, quod magnos dentes & voracitatem attribuebãt nocturnis iſtis terriculamentis. quo nomine factum vt Lamiam puerorum infantium deglutricem fingerent.

2. *Leonem Ægrotum ac laſſum.*] Expreſſit Lucilius Apologon Leonis cubantis in morbo & omnia animalia ſola vulpe excepta ad ſe allicientis. ac eo quidem hoc vna cum duobus proximè ſequentibus fragmentis pertinere manifeſtum. quod Horatius in Poëta noſtro vt multa alia æmulatus eſt, qui eandem fabulam ad populi tumultum & Reipubl. tranſtulit libro I. Epiſtola I.

4. *Quid ſibi vult?*] Verba vulpeculæ ſimulationem ac inſidias Leonis ſentientis. Sic Horatius:

*Olim quod vulpes ægroto cauta leoni*
*Reſpondit, referam: quia me veſtigia terrent*
*Omnia te aduorſum ſpectantia, nulla retrorſum.*

vbi etiã Porphyriõ hæc Luciliana eſſe obſeruat.

9. *Omnia tum endo mucho.*] Ita libri veteres, & agnoſcit Turnebus, qui μυχὸν pro penetrali vſurpaſſe Lucilium autumat. niſi quis putet vnum verbum Græcum eſſe ἐνδομύχῳ.

10. *An ego te acrem atque animoſam.*] In Nonio vbi locum hunc producit pro *Anima iterum* vnica voce *Animatum* reſcribendum exiſtimo, idq́ue ex exemplis ab eodem allatis poſtea.

Ibid. *Theſſalam vt indomitam.*] Equam Theſſalam eleganti traductione amicam vocat ferocem, acrem & ſuperbam & prope indomitam, vt notat Had. Turnebus Aduerſar. lib. XXVII. cap. VIII. erant autem Theſſali equi in pretio. oraculum vetus: ἵππον Θεσσαλικὴν, Λακεδαιμονίαν τε γυναῖκα.

11. *Aut quum iter eſt aliquo.*] Iuuen. Sat. VI.

*Ad mæchum veniet lota cute quando videri*
*Vult formoſa domi? mæchis foliata parantur.*

plura exempla huc pertinentia vide apud Parentem meum in Præcidaneis pro Tibullo cap. XVIII.

13. *Qui non exſpectans.*] Et hæc de vulpe

viri genere Poëtam more ſui ſæculi loquutum putat Ianus Guillelmius.

14. *Sperans ætate.*] Veram lectionem Ioſ. Scaliger exiſtimat,—*ſperans eadem hac ætatem profore poſſe. ætatem* aduerbium, vt *Iamdudum ætatem.* nos coniiciebamus: *Sperans ætatem ſi eadem hac perferre potiſſet.*

15. *pugnam claram allatam.*] Doctè Iuſtus Lipſius, *pugnam clarans alata dicaſſet.* Clarare, vt, *Clarabit pugilem* apud Horatium. Alata fama à celeritate, vt Alata verba.

16. *Gerdius, ancillæ.*] Gloſſarium: Γέρδιος, *ὑφαντὴς textor.* Idem: Γερδία, *textrix*,

19. *Maximu' ſi argenti.*] Ita hæc peſſimè interpolata ac diuulſa reſtituit Ioſ. Scaliger.

24. *Quantasq; modo ærumnas.*] Pater, *Quantas, quotq; modo æ.* non abnuente libro veteri, in quo, *Quantas, quoq; modo.*

26. *fabuloq; ſimo.*] Per Fabulum nihil aliud quam acus fabale intelligi docet Ioſ. Scaliger ad Varron. de re ruſtica. Nam acus fabale in ſterquilinium ingeri ſolitum, vt ſimul cũ aliarum rerum congeſtitia colluuie putreſceret.

29. *noſtra Poëmata ferri.*] Propertius: *Hoc verum eſt tota te ferri Cinthia Roma.*

30. *Nunc Cai quoniam incilans.*] Non abs re ſuſpicor Caium Cælium Iudicem hoc verſu peti. quem cum iniuriarum abſoluiſſe, qui Lucilium in Scæna nominatim læſerat, indicat auctor Rhetoricæ ad Herennium. ac fortean eundem ſugillat verſu illo, qui ſtatim ſequitur: *Vt ſemel in Cælî pugnos te inuadere vidi.*

31. *retro rellicta iacere.*] Haud alienè Pater: *retro reiecta iacere.* quanquam non defuturi ſunt ex muſteis Criticis noſtris, qui *relecta* potius ſcribendum contendant. vt *religere* pro reiicere, quemadmodum *eligere* pro eiicere dixerint veteres. quibus ad eum poſterioris vocis vſum ſuppedito auctoritatem Iuuenalis, vt quidem in vetuſtiſſimæ notæ ſcripto libro exaratum comperimus, Sat. v. —*& electis mendicat ſylua Camænis.* nam *eiectis* in omnibus excuſum eſt.

34. *& triſtibu' dictis.*] Nihil mutandum. id eſt, ſeueris & iracundis dictis. Sic Ouidius: *Triſtibus inuectus verbis.*—— & Tibullus: *Si quando fuerit triſtior illa tibi.*

38. *Secus cum è medio.*] Feſtiuè P. Scriuerius: *Scriu' comædo è ludo, ac bene potu' receſſit.*

39. *Caluu' Palatinâ.*] Ita princeps emendauit ingenioſiſſimus Fruterius. vulgata lectio multo deprauatiſſima: *Caluu' Palatino quidam vir nobilis bonus bello.* nota formula eſt. *Palatina* ſubintellige tribu. ſic Cicero, *Verres Romilia.*

42. *quid eſt, ſi nenu moleſtum eſt.*] Vetus editio: *ſi nænon quidem moleſtum eſt.*

43. *pallor, tineæ omnia cædunt.*] Pallorem pro ſquallore vel carie poſitum obſeruat Ioſ. Scaliger. & cædere aptum verbum ei rei, nam Græcè κόπτειν.

44. *Planta vna eſt pedibus.*] Legebat Ioſ. Scaliger: *Plauta vna eſt pedibus carioſis menſa Libonî.* Plauta, lata. aliquanto aliter Ianus Palmerius Had. Iunij veſtigiis inſiſtens: *Planta vna eſt, pedibus carioſis, menſu elephanti.* nam de vxorum incommodis & mendis fæminarum dubio procul Lucilium egiſſe. inter eas eſſe quaſdam plantas, pedibus morboſis, enormi corpore. quamuis eidem non incommodè etiam legi poſſe videatur, *menſa Libano.* id eſt, cedrina è monte Libano.

45. *nec viuere ducunt.*] Apparet Nonium in dictione *Ducere*, vbi hunc verſum adducit, etiam illum Lucilij ex libro XXVI. citaſſe: *Qui ſex menſes vitam ducunt, orco ſpondent ſeptimum.* nam poſterior eius pars male cum hoc verſu coaluerat.

46. *Cuia operæ Troginu' calix.*] Quis ſit Troginus calix, cuius hoc verſu mentio eſt, diſputat Adr. Turnebus Aduerſar. lib. XXIX. cap. XXI. an qui ex Trogete arbore ſculptus erat? ſiue verius de Trogi certi hominis nomine ſic appellatus fuerit: niſi quis à Trocinis Gallis putet vocari, quos qui accuratiores & diligentiores ſunt, Trocinos vocant. Hæc Turnebus. Had. Iunius mutabat in *Terginocalix*, à tergendis & exſiccandis calicibus. Facetè; & veriſimile eſt milites eiuſmodi nugatoria cognomenta inuicem ſibi indidiſſe, vt & hodie in caſtris moris eſt. Sed tamen non dubito, quin Ioſ. Scaliger verius emendauerit *terginu' calix.* id eſt ſcorteus, quales adhuc in Germania. vt laudet frugalitatem imperatoris, qui in caſtris tergino calice pro argenteo vteretur.

50. *Quid ſeruas, quo eam.*] Hic pulcrè cum ſuperiore verſu cohærere poſſe videtur. Et puto verba eſſe mariti indignantis ad coniugem. eſt autem locus nõ abſimilis apud Plautũ Menechmis: *Nã quoties ire volo, me retines, reuocas, Rogitas quò eam, quãrẽ agam, quid negotij geram, Quid petã, quid feram, quid foris egerim?*

60. *contentu' teneto.*] Pro contentum. nominatiuo vſus eſt pro accuſatiuo.

70. *Hac veſtimentis.*] Liber antiquus: *Hæc maculoſis cum veſtibus aſpicit ipſe.*

72. *data, deq; dicata.*] Hæc vera & indubitata ſcriptura pro dedicata, per tmeſin. ineptè vulgo, *data adæque dicata.*

73. *labra delicit deliuit odore.*] Emendandum auguratur Pater, *labra delicat, hiat delenit amore.* cuius rationem ſatis fusè ac prolixè explicat in Præcidaneis pro Tibullo cap. XVII. quæ adeat, cui vacat.





80. *populi oris, aures.*] Alij, *populi oreas.* quod rectum putat Ianus Guilelmius, & oreas frenos ſignificare ac labia. Lucilium verò de re ita peruagata loqui, vt vulgo nihil aut loquerentur aliud aut audirent aut cogitarent.

86. *fortes, tibi ergo improbus eſto.*] Legit ac diſtinguit Pater, *fortes: ergo improbus es tu.* id eſt, inſtrenuus, malus, ignauusque, quippe deformis, ac de Gorgonij Pythonis proſapia.

93. *Inſperato abiit.*] Pro obiit ἀρχαϊκῶς. Abire idem valere quod obire ex Feſto & aliis notum.

Ibid. *quem vna angina abſtulit hora.*] Luculentum huiuſce rei exemplum exſtat apud Senecam Epiſtola CI.

97. *Præſtringatq; oculorum aciem.*] In veteribus libris Nonij eſt: *Præſtringant oculorum aciem in acie hoſtibus ſplendore micanti.* quæ voces videri poſſunt ex Plauti exemplo ſimili irrepſiſſe, quod ex eius Milite produxerat prius: *Præſtringat oculorum aciem in acie hoſtibus.*

EPODIS HYMNIS.] Quantumuis horum omnium rationem iam ſuperius reddidimus, eaque nõ eſſe noſtri Lucilij abundè comprobauimus; noluimus tamen omittere quin & hîc poneremus, ne quis iis omiſſis aut temeritatem noſtram accuſaret, aut diligentiam deſideraret.

## IN RELIQVIARVM RELIQVIAS.

1. SANCTV' *Serapis.*] Ita hæc emendanda, ac conſtituenda monet Ioſ. Scaliger ad Varronem, cenſetque Lucilij eſſe, neque longe abfuiſſe ab iis, quæ adducit ex eodem Lactantius de ſuperſtitioſo cultu Deorum.

2. *At magnum fecit quòd verbis Græca Latinis Miſcuit.*] Verſ. eſt Hor. loquentis de Lucil.

3. *Cretaſumq; bouem.*] Credo hunc verſum Lucretio pro Lucilio perperam ob nominis vicinitatem tranſcriptum. neque enim eum in Lucretio, quamuis diligentiſſimè peruolutato legendo potui comperire.

# OMISSA IN NOTIS.

## AD INCERT. LIB. FRAG.

1. COMMODA *præterea patriæ.*] Cicero I. Offic. *Vt præclarè ſcriptum eſt à Platone, non nobis ſolum nati ſumus; ortíſque noſtri partem patria vendicat, partem parentes, partem amici.*

11. *liniq; meraxam.*] Aquitani & Hiſpani retinent hodie eandem vocem.

13. *Piſtricem validam.*] Ad vſum vocis *Piſtrix* pro bellua marina poſitæ adde exemplum Virgilij lib. III. Æn. *Prima hominis facies, & pulcro pectore virgo Pubetenus, poſtrema immani corpore piſtrix.* vbi Seruius, *Si nauem intelligas*, inquit, *hæc Priſtis huius Piſtis: ſi de bellua dicas, hic Piſtrix, huius Piſtricis facit.*

33. *immani' canes vt.*] Sic Homerus ὄρνιθος ὥς. & Lucilius alibi: *delphinus vt olim.*

46. *conceræ Opimi.*] Puto æ diphthongum ſequente vocali corripi, vt in *Praire, Praendere*, & aliis ſimilibus.

190. *Ore ſalem exſpirauit amarum.*] Huc vnicè facere locum Plauti è Sticho monuit me Pater, vbi Antipho pater ſatagenti ſibi filiæ oſculum dare reſpondet. AN. *ſat eſt mihi oſculi veſtri.* PI. *Qui amabo pater?* AN. *Quia ita mea anima ſalſura euenit.*

### AD LIB. VII.

6. *Rador, ſubuellor.*] Vetus codex: *Sador, ſubuellor.* quam lectionem retinendam moneo. Sadere enim vox Latina, & vſus eſt ea Tertullianus aduerſus Valentinianos: *Alioquin tantum ſe huic hæreſi ſadere permiſſum eſt, quantum lupæ fæminæ formam quotidie ſupparare ſolenne eſt.*

### AD LIB. IX.

11. *Vt perhibetur* INERS.] Huc pertinet locus Ciceronis lib. II. de Finib. *Sed luſtremus animo non has maximas artes, quibus qui carebant, Inertes à maioribus nominabantur.*

INDEX

# SCRIPTORVM

QVI IN HIS

# NOTIS

emendantur.

Numerus prior paginam, alter columnam indicat.


| | | | |
|---|---|---|---|
| AMMIANVS | 101.1. | *Martialis* | 97.1.122.2. |
| *Aulus Gellius* | 104.1. | *Nonius* | 99.1.114.2.124.1. |
| *Apuleius* | 112.2.135.1. | *Pacuuius* | 135.2. |
| *Chariſius* | 107.1.111.1.112.1.130.2. | *Pomponius* | 133.2. |
| *Donatus in Terentium* | 127.1. | *Priſcianus* | 119.1. |
| *Ennius* | 97.2. | *Plautus* | 102.2.132.2. |
| *Feſtus* | 100.2.105.1. | *Saluſtius* | 135.1. |
| *Fulgentius de priſco ſerm.* | 99.1. | *Terentius* | 111.2. |
| *Gloſſarium* | 108.2.132.1.135.1. | *Titinnius* | 134.1. |
| *Interpres Horatij* | 98.2.99.1.112.2.120.2. | *Velius Longus* | 123.1. |
| *Iſidorus* | 100.2.107.1. | *Varro* | 111.2. |
| *Lucilius* | *paſſim.* | | |


## ERRATA.

PAG. 7. lin. 8. ad marginem, *vt quibus* dele. pag. 13. l. 18. reſcribe *Perſium non curo legere hac: Lælium.* pag. ead. l. 37. ad marginem, *reſcribit* emenda *reſcribo.* pag. 19. l. 38. lege: *Gulioca χαρματόμια. Gulliocæ.* pag 28. l. 35. *Αιγίλοπος*, lege *Αιγίλωπος.* pag. 32. l. 3. *iactēre*, lege, *iactare.* pag. 49. l. 27. ad marginem, *Scul.* emenda, *Scal* pag. 53. l. 11. repone *Nam pauci malle ac ſapient.* ibid. l. 34. *taque* emenda *atque.* pag. 62. l. 13. lege, *Luceil I Columella hēic ſitu' Metrophanes.* pag. 79. l. 23. lege, *ad morbum homini illum vel iellyſimum.* pag. 105. l. 34. lege, *prouerbiorum.* pag. 124. l. 27. *ſimul.* corrige *ſemel.*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA